Curae Thucydideae

Ulrich von Wilamowitz-Moel...

Curae Thucydideae

Ulrich von Wilamowitz-Moel...

Curae Thucydideae

Ulrich von Wilamowitz-Moel...

ACADEMIAE GEORGIAE AUGUSTAE
PRORECTOR
LUDOVICUS MEYER
CUM SENATU.

I.

Thucydidei codicis lacinias inter nomi Arsinoitae thesauros repertas esse rumor est. quibus difficillimae Thucydidis recensioni nova paratum iri subsidia exopto potius quam expecto. interim gravissima quae Bekkerianorum codicum ope colliguntur tandem libet publice proponere; quae dudum animadversa et cum discipulis et amicis communicata tam late percrebuisse scio, ut multis fortasse nova non iam prolaturus sim. plerique hodie cum alia in recensendis Thucydidis historiis contra Bekkerum novanda esse censent, tum Vaticanum codicem recte ab eo aestimatum esse negant, quem alii tamquam interpolatum prorsus abici iubent, alii tamquam certissimum ducem anxiis pedibus sectantur; medium tenuerat pro animi sui et modestia et liberalitate Bekkerus. neutri nihil plane dicunt; verum ab utrisque id certe peccatur quod de Vaticano tamquam de uno codice locuntur, cuius fides, si forte in libro I sublesta visa fuerit, continuo etiam in VIII parvi pendenda sit. quicumque enim eam quae apud Bekkerum prostat Vaticani memoriam consideraverit, mirum est nisi animadvertit tanto opere discrepare librorum ultimorum speciem a ceteris, ut duplicem recensionem eodem codice contineri liquido appareat. atque prior quidem pars, quae non ad extremum librum VI sed fere ad caput 93 pertinet, in universum cum ceteris codicibus conspirat; habet quidem peculiaria Vaticanus, sed vix plura quam reliquorum codicum qui in censum veniunt singuli[1]): at inde a VI 94 usque ad finem plane singularem exhibet recensionem, nec licet ita hoc discrimen explicare, ut librarii socordia versus finem creverit, sive Vaticanum culpamus, sive ceterorum archetypum; termino enim minime ambiguo diversae recensiones separantur. quod ita se habere pluribus exponere non opus est, cum ipse codex locupletissimus testis sit, de cuius marginibus quae huc faciunt quoniam ex parte neglexit Bekkerus qualia olim excussi proponam.

Insunt Vaticano scholia tantum in primis foliis copiosa, quae ad eundem commentarium redeunt qui in ceteris servatus est, Marcellini scilicet, sicut

---

1) Dico C et AEF. Marcianum *D*, recentem librum, recte plerique omittunt. Londinensis a vetustate commendatus in plerisque male interpolatus est. *G* praeter ea quae cum certiore teste *C* communia habet, subinde subministrat eximia, sed haec fortasse acumini non fidei magistri Byzantini debentur. quamquam huius familiae antiquiorem et sinceriorem testem inveniri expediret.

Palatinus testatur. talia etiam per librum sextum quamvis rara occurrunt; rarissima sunt in libris VII et VIII; at inde a VI 94 incipit prorsus novum marginalium notarum genus: variae lectiones. 94 (p. 435, 30 Bekk.) *γεινησίων*: mg. *ἰνησσαίων* = cett. 95 (436, 10) *α΄. β΄. Θηβαίων: ἐν ἄλλῳ γὰρ* (corruptum ex *γρ.* unde sequitur a librario marginalia cum textu fideliter transscribi) *ἀλλὰ βοηθησάντων Ἀθηναίων* = cett. 99 (438, 20) *ἐν ἄλλῳ, καὶ φθάνειν ἂν τοῖς σταυροῖς προκαταλαμβάνοντες τὰς ἐφόδους, ἐκείνους δὲ ἂν παυομένους τοῦ ἔργου* = cett. 103 (441, 25) *γρ. καὶ τἆλλα προὐχώρει αὐτοῖς ἐς ἐλπίδας* = cett. 105 (443, 9) *γρ. καὶ ὅσα ἄλλα* = cett. VII 2 (445, 1) *ἐν ἄλλῳ, ἔτυχε δὲ κατὰ τοῦτο καιροῦ* = cett. 6 (447, 31) *ταὐτὸν ἤδη ἐποίει* = cett. 8 (448, 32) *γρ. ἀγγέλλων* = cett. 12 (450, 27) *ἐν ἄλλῳ γρ. καὶ ἀποξηρᾶναι* = cett. 25 (459, 2) *ἐν ἄλλῳ παρενέπλεον ἐπ' οἴκου: παρέπλεον* cett. *ἔπλεον* B text. 27 (460, 26) *γρ. ἀλλαχοῦ ἐν τῷ αὐτῷ θέρει τού* et supra *υ* ÷ corruptum ex *τ*: volebat enim *τούτῳ* = cett. 27 (460, 31) *γρ. δραχμὴν τῆς ἡμέρας ἕκαστος ἐλάμβανεν* fere = *A*. 28 (461, 26) *ἐν ἄλλῳ γρ. οἱ μὲν ἐφ' ὅπλοις ποιούμενοι* = cett. 31 (464, 24) supra *εἶναι*; *τοῦτο κρεῖττον καὶ σαφές*; mg. *ὡς οὐχ ἱκανὰς οὔσας δυοῖν δεούσαις εἴκοσι ταῖς ἑαυτῶν πρὸς τὰς ἐκείνων πέντε καὶ εἴκοσι ναυμαχεῖν* = cett. 31 (464, 30) *γρ. καὶ πεντεκαίδεκά τε ναῦς* = cett. 32 (465, 8) *ὅπως μὴ διαφήσουσι τοὺς πολεμίους* et in texta et in margine = cett. apparet in archetypi textu veram *διαφρήσουσι* fuisse. 32 (465, 13) *ἐνέδραν τριχῆι ποιησάμενοι: γρ. ἐνέδραν τινὰ ποιησάμενοι* = cett. 34 (466, 23) *γρ. καὶ προσβεβοηθηκότες καὶ ἔστι καινοπρεπές* = cett. 34 (467, 16) *γρ. εἰ μὴ πολὺ ἐνίκων* = cett. 36 (468, 28) *τὸ ἀντίπρωρον ξυγκροῦσαι μάλιστα αὐτοῖς χρήσεσθαι: γρ. τὸν ἀντίπρωρον συγκρούσει μάλιστ' ἂν αὐτοὶ χρήσεσθαι*; fallitur Bek. fere = cett. 39 (470, 26) *γρ. παρὰ τὴν θάλασσαν μεταστῆσαι κομίσαντας* = cett. 42 (473, 4) *γρ. καὶ ξυντομωτάτην ἡγεῖτο διαπολέμησιν* = cett. 43 (473, 19) *γρ. ἐπενόει· καὶ τὴν ἐπιχείρησιν τῶν ἐπεπολῶν ἐποιεῖτο* = cett. 43 (473, 26) *ἐν ἄλλῳ τὴν πᾶσαν στρατιάν* = cett. 44 (475, 12) *γρ. καὶ πᾶν τὸ ἐναντίον* = cett. 44 (476, 1) *ἐν ἄλλῳ γρ. καταβαίνοιεν πολλοὶ αὐτῶν* = cett. 46 (476, 18) *γρ. καὶ πέντε καὶ δέκα*, B text. ut ceteri *πεντεκαίδεκα*. 47 (476, 31) *γρ. ἑλῶδες καὶ χαλεπὸν ἦν* = cett. 48 (477, 15) *γρ. ἐλπίδος τι ἔτι* = cett. 48 (478, 12) *ὢν πολὺ κρείσσους*: mg. *ὡς* = cett. 51 (480, 10) *ἐπηρμένοι*: mg. *ἐγηγερμένοι* = cett. 51 (480, 17) *ἀνεπειρῶντο ἡμέρας ὅσας: ἐν ἄλλῳ γρ. καὶ ἀνεπαύοντο ἡμέρας ὅσαι* = cett. nam typorum vitio apud Bekkerum B pro A legitur. 53 (481, 19) *γρ. καὶ τὰς ναῦς τὰς* (*μὲν* errore excidit) *μὲν πολλὰς διέσωσάν τε* (*διεσώισαν τε* text.) *καὶ ξυνήγαγον κατὰ τὸ στρατόπεδον δυεῖν δεούσας εἴκοσιν ἃς οἱ συρακόσσιοι* fere = cett. 55 (482, 8) *ἐν ἄλλῳ γραφ. ἐν παντὶ δὴ ἀθυμίας* = cett. 57 (483, 21) *εἰσὶ δ' οἱ καὶ μισθοφόροι*: mg. *εἰσὶ δὲ οἱ καὶ μισθοφόροι*; volebat certe *καὶ οἵ* ut AF. 62 (488, 2) *ἐν ἄλλῳ ἀντιναυπηγεῖσθαι γρ.* = cett.[1]). 69 (491, 34)

---

1) Adest etiam scholion versu Callimacheo fgm. 419 insigne, *παροιμία· πιπράσκει* (debebat *πιπρήσκει*) *δ' ὁ καλὸς πάντα πρὸς ἀργύριον· τοῦ Καλλιμάχου.* ex aliis codicibus editur *κακός*; sed veritas de trivio sumpta dedecet Callimachum: pulcros pueros dare mercede pauper magister saepe querebatur.

ἐν ἄλλῳ γρ. ἤδη ἦν = cett. 69 (492, 23) ἐν ἄλλῳ γρ. καὶ τον παραλειφθέντα = cett. 73 (496, 15) στενόπορα τῶν χωρίων διαλαβόντας: γρ. καὶ τὰ στενότερα (sic A) τῶι χωρίωι (error scribae qui genetivum pluralem dare debebat) προφθάσαντας φυλάσσειν (hoc = cett.). 73 (496, 19) γρ. ἔτυχε γὰρ αὐτοῖς ἡρακλεῖ ταύτην τὴν ἡμέραν θυσία οὖσα = cett. 75 (498, 16) γρ. ὅτι τις ἐδύνατο κατὰ τὸ χρήσιμον = cett. 82 (504, 19) ἐν ἄλλῳ γρ. ἀφικνοῦνται αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ = cett. 83 (504, 24) καὶ ἐκεῖνον: mg. ἐν ἄλλῳ κἀκεῖνον = cett. VIII 1 (508, 5) γρ. μὴ οὕτω γε ἂν πανσυδὶ διεφθάρθαι = cett. 7 (512, 29) γρ. καὶ οὕτω· τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους εὐθὺς ἐπειγομένων = cett. 8 (513, 8) οὐκ ἐκοινωνοῦντο τὸν στέλον et in textu et in margine. apparet altero utra loco fuisse verum ἐκοινοῦντο. 15 (517, 15) ἐν ἄλλῳ γρ. τὴν χίων quo significatur βοήθειαν τὴν χίων = A; falsus est Bekker. 16 (517, 20) ἐν ἄλλῳ γρ. καὶ ὁ πεζὸς ἅμα καὶ ὁ κλ. — παρῄει = cett. 16 (517, 22) ἐν ἄλλῳ προανήγετο = cett. 16 (517, 30) ἐν ἄλλῳ ὧν ἦρχεν ὀγάγης ὕπαρχος τισσαφέρνους volebat ὀτάγης ut EF et fere A. 23 (520, 31) ἐν ἄλλῳ γρ. χίαν ναυμαχίαν = AEF. 26 (524, 12) λέρον: mg. ἐλεόν = cett. quod quo spectet duplex ÷ significat. 27 (525, 14) ἤ: εἴη = cett. 30 (527, 5) ἐν ἄλλῳ ἀγαγόντες ἐν ναυσὶν ὁπλιταγωγοῖς· ἐπὶ χίον λαβόντες (volebat λαχόντες) ἔπλεον = cett. 33 (528, 24) πρὸς αὐτόν: mg. πρὸς παρ' αὐτῶν = cett. 34 (528, 32) ἐν ἄλλῳ καὶ ὥσπερ ἰδόντες ἐπεδίωκον = cett. 37 (530, 17) ἣν δέωνται = A. 39 (532, 3) ἐν ἄλλῳ γρ. τοῖς ἐν τῇ νήσῳ = cett. 68 (552, 3) μέγα = cett.: mg. μέγιστον. 79 (558, 26) γρ. δυοῖν καὶ π' ἔτυχον ἐν γλαύκες τῆς μυκάλης ὁρμοῦντες· διέχει δ' ὀλίγον αὕτηι ἡ σάμος τῆς ἠπείρου πρὸς τὴν μυκάλην καὶ ὡς εἶδον τὰς τῶν Πελοποννησίων· in his αὕτηι error est pro ταύτῃ omnium codicum, γλαύκες etiam B text. tenet, ac potest γλαύκαις verum esse; καὶ ὡς ceteri ut margo, quod ὁρμοῦντες requirit, quamquam ceteri cum B text. ὁμοῦσαι habent. Thucydides id dederat quod B text. servat, modo deleas commune omnibus glossema πρὸς τὴν μυκάλην. 82 (561, 8) ἥρητο: εἴρητο ἐν ἄλλῳ ἀντ<ιγράφῳ> = AEF. 92 (571, 4) ἐν ἄλλῳ ἀντιγράφῳ καὶ πολλοὶ τῶν ἐκ τοῦ πειραιῶς ἀνθρώπων = cett. sed idem etiam B text. periit ergo varia lectio. 94 (572, 5) ἐν ἄλλῳ τῶν πολλῶν ὁπλιτῶν = AEF. 95 (573, 20) ἐν ἄλλῳ γρ. λαβόντες δὲ καὶ οἱ Πελοποννήσιοι = EFG. B text. = A, nisi Bekkerus de hoc erravit. 105 (579, 34) ἐν ἄλλῳ ἔτι ἐχούσας = AEF. 108 (581, 19) ἐν ἄλλῳ χωρὶς τοῦ καὶ ἄρχοντας καταστήσας = cett.

Constabit iam B pendere e codice cuius scriba inde a VI 94 ad aliud exemplum transierat, sed in margine varias lectiones notabat. quas de eodem exemplo excerpebat quod usque ad VI 93 erat secutus, arta cognatione illud quidem coniunctum imprimis cum A. atque hodie qui de fide codicis B agit duos distinguat oportet codices, alterum vulgaris familiae, qui in ultimis libris tantum per marginem B notus est, alterum plane singularem, qui textum B per illos libros obtinet; quamquam contaminatas aliquatenus has recensiones esse corruptelae in ipsis marginalibus obviae ostendunt. nihil autem gravius ad Thucydidem recensendum quam ut codices eruantur cum B cognati per ultimos libros, a B et ceteris discrepantes in primis, quippe qui pendeant ex altera illa recensione, quam B e parte tertia tantum re-

fert[1]). quod vero variae lectiones in ultimis libris multo plures et difficiliores nobis disceptandae sunt, id non propterea accidit quod hi libri magis corrupti sint, sed quod in eis duplici recensione utimur, cum in ceteris consensus codicum nobis verba det, utpote qui soli penuriae nostrae debeatur.

Duas recensiones distinximus in ipsis codicibus. eidem memoriam servarunt duarum editionum; nam non solum Marcellinus (p. 12, 12) praeter vulgarem octo librorum editionem ab aliis libros distingui scribit tredecim[1]), sed etiam in marginibus codicum octateuchum referentium termini breviorum librorum subinde notantur. similiter Athenaeus Marcianus XXX librorum in margine rationem habet. scimus autem breviores libros duos respondisse octateuchi libro I, tres libris II et III, sextum terminatum esse IV 78; unde reliqua quatenus huc faciunt satis certo colliguntur. cum enim expeditio Sicula historiarum Thucydidearum membrum sit absolutum, fere ut tragoediae singulae sunt tetralogiae, VI 1 et VIII 1 in quavis editione libros terminare debebant; quod modo ponamus, perspicuam disponendi rationem adsequimur. is enim cui octateuchi libri nimis ampli videbantur, primum et ultimum in binos, e ceteris binos in ternos distribuit. atque si sextus IV 1—78, septimus IV 79 — V 24, octavus V 25 — fin. complectitur multo certe commodior est quam octateuchi ordo. iam si noni libri terminum circumspicimus, non potest omnino alius cogitari quam finis anni decimi septimi VI 93. non vereor ne homo sanus qui librum VI perlegerit dissensurus sit, nec fugit hoc eos qui olim de hac re verba fecerunt, quamvis multa parum considerate iacerent. quodsi VI 94 decimus liber editionis alterius incipit, hanc editionem in eo codice servatam esse qui eodem loco ad novam recensionem transit, item consentaneum est. atque octateuchi re vera eam recensionem esse, quae sola ad nos pervenit exceptis Vaticani VI 94 — VIII, ut alia mittam, Dionysius Halicarnassensis docet octateucho usus, quippe qui in ultimis libris contra Vaticanum faciat. vide quae Sadaeus *de Dion. Hal.* p. 126 composuit de locis VII 20, 69, 70 ter, 71, VIII 64[2]).

---

1) Parisinus 1791. 92 (h) de Vaticano descriptus esse videtur. L. Valla utrum Vaticano usus sit, quod fuit qui contenderet, an alio eiusdem stirpis, non definio. etiam haec res inquisitione digna est.

1) Alios etiam aliter libros dirimere Marcellinus per scholasticam vaniloquentiam dicit.

2) Locus memorabilis est. oligarchi Attici postquam in municipiis imperio subditis populi dominationem everterunt, oligarchi municipales rerum potiti statim etiam imperium Atticum exuunt. verissime hoc monet Thucydides, convenitque ei cum oligarcho eo qui libellum de rep. Ath. scripsit. quod eleganter his verbis extulit *σωφροσύνην γὰρ λαβοῦσαι αἱ πόλεις καὶ ἄδειαν τῶν πρασσομένων ἐχώρησαν ἐπὶ τὴν ἄντικρυς ἐλευθερίαν, τῆς ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων ὑπούλου εὐνομίας οὐ προτιμήσαντες.* ita recte Dionysius legit, et quod ille contra grammaticam peccavit, emendatum illud quidem a Dindorfiis in Thesauro, vitavit scholiasta, cuius prudentia verba e Laurentiano sumo, cui haud pauca scholia recentior manus intulit. *εὐβουλότεραι γὰρ γενόμεναι ἐχώρησαν ἐπὶ τὴν ἄντικρυς ἐλευθερίαν, τῆς ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων ὑπούλου εὐνομίας οὐδὲν φροντίζοντες· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ προτιμήσαντες·* at codices omnes labem contraxerunt. C ipse *εὐνομίαν* quidem servavit, sed habet interpolationem *τὴν ὑπὸ τ. Ἀ. ὕπουλον εὐνομίαν.* hanc vitat B, sed *αὐτονομίας* pro *εὐνομίας* infercit: reliqui utramque corruptelam coniungunt; contaminatas esse recensiones ita ut distingui omnino non possint doleo, sed animo satis aequo, quoniam quid Thucydideum sit, non dubitabit qui imperium Atticum noverit. editores quidem interpolationem fovent

VII 70 (424, 11) Dion. et B et scholia contra textum ceteris communem consentiunt, ita ut ad recensionem hoc nihil faciat; obstat unum τε (493, 34) a Dion. et B contra cett. ante τὴν servatum; C utrobique contra B Dion. facere ego testor. ceterum octateuchi recensionem per solum Marcellinum, a quo pendent EFAB (I—VI 93), ad nos pervenisse ne probabile quidem est. Laurentianus enim, scriptus ab homine Italo, Petro, cur ad eandem familiam revocetur, nihil video. quodsi hunc huiusque adseclas atque Marcellinianorum archetypum inter se comparamus, non solum longe ultra Thomam Suidam et siqui alii id genus sunt tenebriones aequales ipsi Laurentiano ascendimus, sed etiam ultra Marcellinum, neque infitias eo, praesertim cum Dionysii Halicarnassensis larga praesto sint excerpta, octateuchi formam qualis eius aetate legebatur, fere esse servatam. at quam male habitum Thucydidem eadem aetas legerit, quae Platonis plerosque dialogos paene integros legebat (cuius recensionem nos ultra Thrasyllum Tiberii familiarem certo non possumus persequi), siquem corruptelae manifestae non docent, discet sive vult sive non vult collata altera recensione, cuius quattuor libros Vaticanus continet, ne eos quidem meros aut intemeratos, sed subinde cum vulgari recensione contaminatos.

At haec recensio, quae numquam aut usu aut auctoritate octateuchum aequiparavit, creditur aliquot saeculis post esse condita. si hoc verum est, multum de eius fide detrahi concedo, nec tamen quidquam de hac re legisse me memini quin curare pigeat. quae ipse repperi pauca sunt, sed ad conficiendam rei summam idonea. grammatici ac rhetores fortasse sola usi sunt octateucho [1]. sed memorabilis Pseudoplutarchi (Apophth. Reg.) locus, inter Augusti dicta paene ultimum, si fabula vera est (quod ego libenter credo), demonstrat a. Chr. 21 Spartae Thucydidem lectum esse terdeciens partitum [2], si falsa est, saeculo altero p. Ch. medio, quo tempore libellus iste compositus est. quodsi iure affirmaretur Diodoro Siculo ignotam eandem editionem esse, viderentur natalia eius artissimis terminis includi. Diodorus ex enchiridio isto, cui hominum qui per litteras inclaruerunt memoriam debet, bis adeo in annales suos recepit, Thucydidis historias ab aliis in octo, ab aliis in novem libros dirimi (XII 37. XIII 42). ego profecto non is sum

---

utramque. qui non reputarunt per oligarchiam ab Atheniensibus concessam municipia non magis αὐτόνομα reddita esse quam fuerant antea. εὐνομία autem ut antea σωφροσύνη paucorum imperium vocatur a scriptore popularis imperii osore per exilium etiam magis exacerbato. dabo similem locum qui mihi semper valde memorabilis visus est. Th. IV 74 postquam restitutionem oligarchiae Megarensis narravit addit καὶ πλεῖστον δὴ χρόνον αὕτη ὑπ' ἐλαχίστων γενομένη ἐκ στάσεως μετάστασις ξυνέμεινεν. de eisdem et Thebanis item oligarchis Plato Crit. 53b εὐνομοῦνται γὰρ ἀμφότεροι.

1) Errore manifesto teneri id scholion, e quo pendent proll. stat. VII 13 et Planudes V 220 Walz, videbit qui locos ipsos adierit. Macrobius Sat. III 6, 8 e libro tertio historiarum laudat II 8, item e libro tertio vocabula quae II 4 leguntur Pollux IX 46. his confiderem, nisi Pollux nimis neglegens esset scriptor, Macrobii auctorem ego ignorarem.

2) Augustus Spartae (nimirum in itinere Achaico, Dio. 54, 7) Euryclis accusatori, quem duci iusserat, cum ille exclamasset εἰ ταῦτά σοι, Καῖσαρ, οὐ φαίνεται μεγάλα, κέλευσον αὐτὸν ἀποδοῦναί μοι Θουκυδίδου τὴν ἑβδόμην, pepercit compertus Brasidae eum esse gentilem. re vera septimus liber, i. e. IV 79 — V 24 apte vocari potest Βρασίδου ἀριστεία.

qui *ἐννέα* in *τρισκαίδεκα* aut *Θ* in *ΙΓ* mutare audeam. tamen tredecim libros leni corruptela obscurari aio. octateuchi liber ultimus apud Bekkerum et Stahlium *ϑ* est, apud Krügerum *η*. cum hoc faciunt e codicibus certe Vaticanus, fortasse etiam ceteri, item scholiastae[1]) et quicumque e veteribus per numeros notant Thucydideos libros. nempe eadem elementa apud Graecos et litteras et numeros significant, atque utroque modo libri solent significari. litterae ubi usurpantur, F deest: nobilissima exempla Homeri carmina et Aristotelis Metaphysica. F adest in numeris, uti par est. coniuncti autem utriusque ordinis accidit ut monstrare possim exemplum alteram octateuchum. Clementis codex unicus libro sexto praescribit *στρωματέων ἕκτος ὁ καὶ ζῆτα*, septimo *ἕβδομος ὁ καὶ ἦτα.* quodsi aut apud Diodorum aut apud eius auctorem pro vocabulis signa numeralia restituimus *η* et *ϑ*, litteras autem eis significari sumimus, *ϑ* quidem octateuchi signum est: *H* opinor *N* fuit.

Ergo ingentem quae codices nostros obtinet diversitatem ex parte saltem repetendam esse demonstravimus ex editionibus altero fere vel primo ante Christum natum saeculo conditis. quarum alteram utram solam amplecti ut imperiti conabuntur, ita timebunt qui Isocratis Demosthenis Aeschinis Euripidis Aristotelis verba corrumpi sciant ab eis qui uni codicum familiae in servitutem se addixerint. id vero fatendum est, non solum multo impeditius reddi recensendi emendandique officium, sed persaepe numquam fore ut certo sciamus, uter dux sequendus sit. at hercle veritas quaequae est coli debet, neque derunt qui multo cum sudore discere malint, quam pauca scire omnino possimus, quam facilitatem laboris vana constantiae et fiduciae iactatione redimere.

II.

Duas Thucydidis editiones a grammaticis confectas esse vidimus; quorum operam utinam aliquando certius distinguere atque singillatim aestimare liceat. est autem vel nunc ultra eos progrediendum. cum enim librorum numeratio vix ante principium saeculi tertii in vetere historico videatur esse instituta, tertium hominem etiam impensius avemus cognoscere, qui edidit sub principium saeculi quarti[2]) e codicillis Thucydidis imperfectas historias. quod enim vulgo sumunt, unius Thucydidis aliis alia temporibus scribentis manum in historiis quales olim ab Ephoro et Xenophonte lectae sunt conspicuam esse (nam de interpolatorum fraudibus quae codices nostros occu-

---

1) Qui ingeniosum zetema moverunt, qui factum esse videretur, ut Herodotus tot libros componeret, quot Thucydidis nominis prima littera significaret, et invicem. scholion in libris aliis alio loco appictum Vaticanus in fine quarti libri habet. etiam Herodoti codices cum hoc grammatico in numerandis *ϑ* libris consentiunt; Steinius *ι* praetulit.

2) Ea quae de editionis tempore dixi Herm. XII 328 parum accurata sunt, cum Nitschii praeclara de Xenophontis Hellenicis merita neglexerim. ergo Xenophon iam fere 388 Thucydidis historiarum complementum Agesilao gratum scribere constituit.



pant hic non agitur), id ego ita se habere vehementer opto. sed unde scimus aut voluisse aut potuisse editorem illum tanta modestia uti, quanta fortasse usus est qui Herodoti historias item imperfectas edidit? longe secus esse suspicatus sum, ex quo Thucydidem diligentius tractare coepi; diu coercui suspicionem, sed ut ipse eam refutarem, mihi non contigit, itaque fateor, multo impeditiorem ac paene cum Philippea Legum Platonicarum redactione comparandam quaestionem in Thucydidis historiis mihi videri propositam esse. quam ad solvendam critico opus est qualis carmini Lucretiano obtigit, cuius caementa glutine Q. Ciceronis erant liberanda. at hercle discutienda hic quoque vana securitatis imago.

Quod ut fiat via praemunienda est per quaestionem non tam per se quam per virorum ingeniosorum [1]) iras et studia contortam, quae est de rebus per primum et per decimum belli Peloponnesiaci annum gestis ad anni et Iuliani et Attici tempora revocandis. quam titulorum Atticorum ope tandem profligatum iri spero. itaque ab impugnandis aliorum sententiis quoad fieri potest me continebo breviterque rem, quae mihi simplex videtur, conficiam.

Constat e rationibus quaestorum Minervae (CIA I 179) duabus illis classibus, quae Thucydide teste (I 45. 50) Corcyram missae sunt, viatica soluta esse archonte Apseude prytaniae primae die decimo tertio et die ultimo [2]). igitur foedus inter Athenienses et Corcyraeos ictum est circa anni Attici cui Apseudes nomen dedit principium, pugna ad Sybota commissa est mense metagitnione, siquidem altera classis in ipso pugnae discrimine supervenit. convenit eximie quod praetores una cum archonte kal. hecatomb. munus capessiverant; namque militares unius aestatis expeditiones medias plerumque dirimi die praeturae auspicandae parum commode statuta e Thucydidis Xenophontisque annalibus liquido apparet. raro autem fortunae beneficio contigit, ut haec tempora prima in rebus Graecis ad annum Iulianum revocari possint. quippe eisdem fere diebus quibus in pnyce Athenienses de foedere Corcyraeo deliberabant Meto Leuconoensis ad pnycem in area Cereris Legiferae heliotropium et calendarium proposuit, in quo perscripsit solstitium a se observatum esse die Scirophorionis quem archon numerabat decimo tertio. quod solstitium rerum calestium periti quoniam ad diem iunii 26/27 a. 433 revocarunt, pecuniae illae solutae sunt die 7 et 29 augusti, ad Sybota pugnatum est m. septemb. in solido hoc dudumque iacto fundamento chronologia Thucydidea extruenda est [3]).

---

1) Ex antiquioribus unum nomino Boeckhium *Mondcycl.* 76. inter aequales Unger (*Sitz. Ber. Münch. Ak.* 1875), Schmitt (quaest. Thuc. Lips. 1882), Beloch (*Att. Polit.* 209), v. Pflugk-Harttung (*Perikl.* 56), A. Mommsen (*Chronolog.* 366) ne in eis quidem quae recte dixerunt rem longe ultra Boeckhium promoverunt. promovit etiam in eis quae falsissima dixit et vel puero refutanda Muellerus Struebing (Ann. Phil. 1883, 577).

2) Cum in tribus nomine et in prytaniae numero litterarum numeri utrobique conspirent, vix dubitari potest quin v. 10 *Αἰαν*]*τίδος*, v. 22 [*πρώτης* supplendum sit; numerus priore loco servatus est, tribus altero.

3) De Metone certiores nos facit Diodorus XII 36 fonte usus eo quem supra commemoravi; rem ipsam e Diodori qui talia minime perspiciebat verbis felicissime enucleavit

Sub Pythodoro qui Apsendi succedebat cum bellum Peloponnesiacum exarsisset, aliquot talentorum milia e thesauro Minervae expensa essent, plura proximis annis pensum iri certa esset expectatio, quaestores tabulam qualis Corcyraeae expeditionis rationes ceperat non sufficere rati magnam pilam faciendam curaverunt quales Hellenotamiarum rationibus perscribendis inserviebant[1]). cuius pilae fragmenta quamvis lacera sollerter composita et suppleta Kirchhoffius edidit CIA IV p. 31. fragmentum primum hoc est *Ἀθηναῖοι ἀνήλ]ωσαν ἐς Μα[κεδονίαν καὶ* desunt 22 litterae *ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος καὶ ἐπὶ τῆς βουλῆς hῆι Δι]ότιμος Ἐγγ[υλίωνος πρῶτος ἐγραμμάτευε ταμίαι hιερῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίας Εὐρ έκτης Ἀτηνεὺς] καὶ ξυνάρχον[τες οἷς Ἀπολλόδωρος Κριτίου Ἀφιδναῖος ἐγραμμάτευε παρέδοσαν στρ[ατηγοῖς ἐς Μακ]εδονίαν Εὐκρά[τει demoticum duo nomina cum demoticis ἐπὶ τῆς — ίδος πρυ]τανείας δευτέρ]ας πρυτανευού[σης — — — π]αρέδ[οσαν.* proximi versus infra *παρέδ* pauci apices restant. contra Kirchhoffium primum supplevi Engylionis nomen, quod proposueram Cydath. 12: demoticum enim non fuisse scriptum res docet[2]). deinde v. 3 *οἷς* omisso beta scriptum fuisse sumpsi, ut pluralem *στρατηγοῖς* supplere possem: nam plures fuisse quam unum Eucratem lacuna v. 4 demonstrat. sequitur fragmentum undique mutilum, quod in qua parte lapidis situm fuerit, non licet certo definire, neque ullus versus plene potest restitui. adgnoscuntur haec 1, — *σα* 2, — 270 dr. 3, — *hιπποθων[τίδος πρυτανείας numerus πρυτανευούσης, dies, summa,* (4), *ταῦτα ἐ]δόθη τῆι στρ[ατιᾶι* (5) — *ν]τίδος πρυταν[είας numerus πρυτανευούσης dies, summa, persona,* (6) *οὗτος] ἦγε τῆ[ι] ἐς Ποτε[ίδαιαν στρατιᾶι.* — 7 *hελλ]ηνοταμίασι ἐπι* — 8 *hε]πτακαίδεκα* 17 tal. — 9 litteris maioribus *κεφ]άλαιον τοῦ ἐς Μα[κεδονίαν ἀναλώματος*[3]) *summa.* 10 — *οι στρατιᾶι τῆι περὶ [Πελοπόννησον* 11 — *ει hαλ]αιεῖ Πρωτέαι Αἰξων[εῖ* — 12 — *εραι λοιποὶ ἦσαν δεκ*[4]) — 13,

---

Ideler. quem A. Mommsen p. 363 futtilibus rationibus impugnat. idem oleum et operam perdidit, dum Metonis cyclum arch. Alcaeo receptum esse vult; melius fecisset, si minore cum arrogantia Useneri rationes repudiasset, cuius ne refutatione quidem dignam habet dierum *μετ' εἰκάδας* explicationem (p. 492): quid nunc faciet, invento calendario Rhodio (Inscr. Mus. Brit. II 344), quod dies singulos ex Useneri ratione pernumerat? ceterum Metonem non in publica sed in sacra area heliotropium dedicasse recte conieci Cydath. 163, quod etiam ad has res recte iudicandas facit.

1) Hellenotamiarum tabulas esse non logistarum quae tributorum sexagesimas percensent perbene docuit I. Christius (de pop. Ath. rationibus Gryphiae 1879), a viris doctis iniuria neglectus.

2) Vituperat me Muellerus Struebing, requiri demoticum mutataque littera una scribendum esse *Ἀγγελῆθεν*: ergo ne fingendo quidem tribum repperit lacunae convenientem.

3) Si quid praeterea hic versus continuit, fuerit *ἐπὶ τῆς ἀρχῆς* ut CIA I 180—83. — conicere audeo, nihil in capite huius versus interisse praeter tres illas litteras, quamquam etiam *ἀναλώματος κεφάλαιον τοῦ* . . . dicitur (177). nam aptior ordo etiam frequentior est, et commode in proximo versu *μισθοὶ στρατιᾶι* supplemus.

4) Dubitanter coniecit Kirchhoffius *ἡμέραι λοιπαὶ ἦσαν*, sed cum 187, 6 supplendum sane sit *ἡμέρα[ι λ]ο[ιπ]αὶ ἦσαν*, generis confusio etiam improbabilior redditur. nolo quidquam conicere, neque enim intelleguntur numeri per litteras incisi aut hic aut v. 8. quod ego conieceram *μισθὸς ναυσὶν ἑπτακαίδεκα* recte repudiatum est a Muellero Struebing tamquam inutile nec habet omnino quo commendetur, cum talentorum summa incerta sit. concidit ita etiam Muelleri coniectura.

hελληνοταμίασι φιλεταί]ρωι Ἰκαριεῖ Φιλοξε[ν — 14 *Χ]αρίαι Δαιδαλίδηι* — 15 *ἐπὶ τῆς h]ιπποθωντίδος πρυτα[νείας numerus πρυτανευούσης, dies, summa,* — 16 *ταῦτα ἐδόθη Καρκίνω[ι Θορικίωι* — 17 *-ντίδος πρυτανείας numerus πρυτανευούσης, dies, summa,* 18 *ταῦτα ἐδόθη Καρ]κίνωι Θορικίωι* — 19 *-ει hαλαιεῖ κα* 20. 21 litterae ambiguae.

Kirchhoffius cum has rationes ad annum Euthydemi qui Pythodoro successit, referret, non videtur animadvertisse, quam graves turbas in Thucydide excitaret. sic enim non solum res a Thucydide inde a II 23 narratae, sed etiam Peloponnesiorum incursio ad Euthydemi annum referretur, dictum esset *τοῦ θέρους καὶ τοῦ σίτου ἀκμάζοντος* II 19 de mense Iulio, Plataeae occupatae essent circa mai diem septimum, pugna ad Potidaeam commissa mense novembre. solis defectio, quam die 3 Augusti accidisse rerum caelestium periti adfirmant, qui dies hecat. 3 Euthydemi erat (nam Pythodori annum intercalarem fuisse nemo potest infitiari) a Thucydide II 28 narrata antecessisent omnia quae sub Euthydemo gesta ab illo inde a cap. 18 narrantur. sed ne lapis quidem hoc admittit. e cuius praescriptis elucet anni Pythodorei expensa per capita fuisse disposita, atque ipsius primi capitis (Macedonici) quod in fragmento primo incipit summa ducitur alterius fragmenti versu 9. unde necessario colligimus omnia ad Pythodori annum spectare. atque magna, opinor, cum probabilitate in principio restituimus *Ἀθηναῖοι ἀνήλωσαν ἐς Μακεδονίαν καὶ Πελοπόννησον καὶ Λοκρίδα*, collato Thuc. II 26, prytaniam Hippothontida *b* 3 et 15 eandem intellegimus, nonam scilicet, decimamque *-ντίδα* 5 et 17. postremo idem pereleganti coniectura confirmavit Muellerus Struebing qui *b* 13 Philetaerum Icariensem adgnovit, quem sub Pythodoro hellenotamiae munere functum esse esse e titulo 247 constat.

Pythodoro igitur archonte omnia gesta sunt quae Thucydides usque ad solis defectionem narrat; gesta sunt vere atque aestate 431 ante mensem Augustum. praetoribus Atticis qui expeditionem susceperunt circa Peloponnesum tribus prytaniis pecunia e thesauro Minervae soluta est [1]. unde non sequitur octava iam prytania eos profectos esse. in praeparanda enim tam magna classe diu antequam ancoras solverent pecunia opus erat, atque Thucydides ipse (II 17) praeparari classem coeptam esse narrat, cum Archidamus Isthmo exercitum moveret, fere triginta diebus ante classis profectionem. at quidquid largimur, id necessario colligitur, Athenienses maio exeunte profectos esse. redierunt Aeginam sub auctumnum (II 31) i. e. septembrem [2]; utrum praetores novi sub anni principium in locum Proteae Carcini Socratis

1) Tenendum est quaestorum annum a Panathenaeis incipere, itaque dies viginti septem proximi anni publici ad eosdem pertinere. sed hoc num ad hunc lapidem quidquam faciat, dici nequit, neque in summa re quidquam inde potest mutari.

2) Possit quispiam opinari, etiam e Diodoro concludendum aliquid esse de hac ultra anni Attici principium prorogata expeditione. is enim XII 43 eandem ultra sui, i. e. Iuliani, anni principium protrahit. sed Diodori fides et auctoritas nulla est in his temporibus definiendis, qui sub Apseude Metonem habet neque quidquam amplius, sub Pythodoro pugnam Potidaeensem, sub Euthydemo principium belli Peloponnesiaci ex Ephoro excerptum et res plerasque sub Pythodoro 431 gestas, e quibus tamen nonnulla, velut expeditionem Locricam ad Apollodorum adeo traicit. turpe est ad has ineptias exigi Thucydidem.

successerint, an his imperium prorogatum sit, an imperium ipsi ultra anni sui finem tenuerint, nescitur; licuisse enim et hoc et illud e iure Attico, pariter atque Romae licuit, demonstravi in Cydathenaeensibus. id vero velim teneant, qui imperii Attici maiestatem aestimare conantur atque de Periclis et Thucydidis iudicio detrahunt, Atheniensium exercitum per plus tres menses vix quoquam obviam eunte in hostium finibus castra tenuisse, Archidamum vero cum Peloponnesiis partem unius Atticae vastasse per unum mensem, si multum numeramus[1]). profecto, si Atheniensibus eodem modo bellum per tres tantum annos licuisset gerere, Peloponnesii exhaustis agris thesauris opibus manus dedissent necessario. classis Attica cum proficisceretur Maio exeunte, Peloponnesii Acharnis erant; hoc igitur tempus Thucydides (II 19) dixit fuisse *τοῦ θέρους καὶ τοῦ σίτου ἀκμάζοντος*, nec debet negari rerum naturae hoc optime convenire[2]). octoginta diebus ante, ineunte martio Plataeae occupatae sunt, paucis ante novilunium diebus[3]), quod 9 martii die evenit. huic quoque tempestati et narratio Thucydidis et *ἅμα ἦρι ἀρχομένῳ* (II 2) optime convenit. laetor autem ita confirmari Kruegeri sententiam, cui plerique Boeckhio duce haud recte aprilis mensis principium praetulerunt; nam Kruegeri et in Thucydide enarrando et in temporibus Graecorum emendandis virtutem, utpote in accuratissima sermonis Graeci cognitione positam, multo pluris facio quam eam quae nunc regnat rerum novarum cupiditatem, aut speciosa aliunde ad veteres scriptores arcessita commenta. denique ad Potidaeam pugnatum esse sexto ante Plataeas occupatas mense Thucydides tradit: id est, luna ex illius pugnae tempore quinquiens cursum peregerat, sextum inceperat. quippe scriptor qui tempora non e fastis publicis ullis sed e naturae vicissitudinibus perunumerat annum vocat unum solis, mensem unum lunae cursum. hoc tam simplex est, ut multi sint qui spernant: quos neglegere fas est. pugnatum est ad Potidaeam mense septembre exeunte 432.

---

1) Plurimum tempus eos anno 430 in Attica fuisse dicit Thuc. II 57: fuerunt dies quadraginta.

2) Maturum frumentum, sicut maturam virginem, dici cum usui aptum est, pluribus exponerem, nisi ipse Thucydides quid intellegi vellet aperte ostendisset IV 2 *πρὶν τὸν σῖτον ἐν ἀκμῇ εἶναι*, IV 6 *πρῴ ἐσβαλόντες καὶ τοῦ σίτου ἔτι χλωροῦ ὄντος ἐσπάνιζον τροφῆς*. in agris Atticis tempus hoc messi proximum alteri mai parti unice convenit, quamquam annus unus ab altero valde differt. at idem ubi de Bottiaca dicitur (II 79) iunio demum convenerit, cui principium obsidionis Plataearum recte a Classeno tribuitur, quod Thucydides ad idem tempus atque Thracicam illam expeditionem revocat. sunt autem tales notae semper ambiguae. Lutetiam obsidere coepimus die 19 sept. vescebamur uvis, quas in vineis, pomis terrestribus, quae in agris inveniebamus matura. in eisdem colligendis Bellovacos occupatos invenimus exeunte octobre. i nunc et e militis narratione, qui ex his solis factis tempus definit, menses diesque pernumera. aestatis *ἀκμὴν* nobis fortasse parum commode videbitur Thuc. in medio mense maio collocasse, quamquam similia vel sub arcto dicta esse confitebitur qui medii aevi cantilenas non contempserit. tenendum vero neutrum a Thuc. nude dici, sed lectoris esse tempus quaerere cui et aestatis et frumenti *ἀκμὴ* conveniat.

3) Errant manifesto qui ipsa novilunii nocte Plataeas occupatas esse volunt. dixisset enim Thucydides *νουμηνία γὰρ ἦν*, non id quod dixit II 4 *τελευτῶντος τοῦ μηνός*. *ἱερομηνίαν* eo die Plataeis fuisse (III 56. 65) nihil probat, nisi Plataeis perinde atque Athenis *νουμηνίαν τὴν κατὰ σελήνην* et *νουμηνίαν τὴν κατ' ἄρχοντα* distinguendas esse.

Naturae et magistratuum vices, probabilitas rebus gestis insita, tabularum publicarum rationes, Thucydidis narratio, omnia inter se conveniunt. obstrepit verbum unum, idem quod primus Kruegerus notavit, Plataeas captas esse *Πυθοδώρου ἔτι δύο μῆνας ἄρχοντος Ἀθηναίοις*. a martio ad augustum quinque menses sunt. Kruegeri emendatione (*τέσσαρας*) usi sunt cum Boeckhio plerique qui aprilem intellegebant, nam intercalarem annum Pythodori fuisse Kruegerus ignorabat. emendabimusne *πέντε*, ut ratio Kruegeri constet? nolo id facere. non tam numerus me vexat quam elocutio. *Πυθοδώρου ἄρχοντος* indicat archontem eo tempore fuisse Pythodorum: qui potest fieri, ut idem significet Pythodorum ex eo tempore duo menses archontem fore? qui potest temporis definitio quae ad certum spatium pertinet cum indicatione temporis momenti coniungi? hoc ego quidem nego posse tolerari. necessario fuisset dicendum quale proposuit A. Mommsenus *ἔνατον μῆνα ἄρχοντος*. nec nihil vidit Muellerus Struebing qui ephori Lacedaemonii eodem pacto quo archontis Attici magistratum per menses definiendum fuisse monuit. sive igitur verus mensium numerus est sive falsus, eiciendus est. ac fuit cum interpolatio nondum legeretur. vide modo V 20 *σκοπείτω δέ τις κατὰ τοὺς χρόνους καὶ μὴ τῶν ἑκασταχοῦ ἢ ἀρχόντων ἢ ἀπὸ τιμῆς τινὸς σημαινόντων τῇ ἀπαριθμήσει τῶν ὀνομάτων ἐς τὰ προγεγενημένα πιστεύσας μᾶλλον (οὐ γὰρ ἀκριβές ἐστιν), οἷς καὶ ἀρχομένοις καὶ μεσοῦσι καὶ ὅπως ἔτυχέ τῳ ἐπεγένετό τι. κατὰ θέρη δὲ καὶ χειμῶνας ἀριθμῶν ὥσπερ γέγραπται κτέ*[1]). haec qui scripsit negavit narratione per annos digesta tempora tam accurate definiri, quam si annus Thucydideo more in aestatem et hiemem distribueretur. at enumeratis mensibus qui Pythodoro supererant multo accuratius hercle indicabatur Plataearum captarum dies quam per illa *ἅμα ἦρι ἀρχομένῳ*. quae cum ita sint, fraudis convicta sunt vocabula ista *ἔτι δύο μῆνας*. quodsi ab interpolatore profecta sunt, verum numerum restituere timebimus. neque praepostera interpolatoris ratio latet. fac enim legerit apud Thuc. V 26 a principio belli ad captas Athenas viginti septem annos praeterisse, captas Athenas munichionis 16 compertum habuerit (quod non miramur, cum vulgo creditum sit eodem die ad Salamina pugnatum esse): principium belli ad eundem mensem referendum esse ratus notam adlevit, non tam perversam futuram, nisi Pythodori annus fuisset intercalaris.

Expensa anni Pythodorei quae ad bellum Macedonicum pertinent tam

---

1) Ita scribenda mihi videntur verba multifariam temptata; ac praeiere fere in singulis et emendendis et interpungendis alii. traditum est *τὴν ἀπαρίθμησιν* et *σημαινόντων* post *προγεγενημένα* conlocatum, qua traiectione dativus necessario corrumpebatur. quid dictum sit in propatulo est, nec latuit scholiastam, nempe fidem haberi enumerationi nominum eorum qui per magistratum tempori signa dent. hinc dativum restitui iubet grammatica, atque genetivorum qui parum dilucide cumulantur inversa collocatio quam maxime Thucydidea est. sequitur statim *ἐξ ἡμισείας ἑκατέρου τοῦ ἐνιαυτοῦ τὴν δύναμιν ἔχοντος, ita ut pro dimidio anno et hoc et illud sit.* fides autem enumerationi archontum habetur *ἐς τὰ προγεγενημένα*, in computandis rebus gestis, ita ut haec vocabula suo loco posita sint; nec video quid sibi velit *ἐς τὰ προγεγενημένα σημαίνειν*, nec melius archontes dicerentur *τὰ προγεγενημένα σημαίνειν*, cum archontis nomen suo tantum anno signum det.

gravia et nova non docent, quamquam ego certe laetor, cum video Athenienses bello quod multo magis contra Potidaeatas Chalcidensesque gereretur nomen a peregrino populo quam a sui imperii provincia sumptum indere maluisse. quoniam Potidaea a magno exercitu per totum Pythodori annum obsessa tenebatur, consentaneum erat pecuniam publicam omnibus fortasse prytaniis illuc mitti, certe tam saepe, ut ne id quidem coniectando assequi possimus, quot versus inter primum alterumque pilae fragmentum intercepti sint. unum vero licet adfirmare. siquidem ad Potidaeam mense septembre exeunte 432 pugnatum est, ei praetores, quibus prytania altera Pythodori i. e. mense augusto 432 Athenis pecunia expensa est, ad Potidaeam pugnaverunt. e quibus a Thucydide (I 61) Callias Calliadae f., in lapide nunc tantum Eucrates nominatur. prima autem eiusdem anni prytania ante Panathenaea (quo tempore ei quorum rationes nos tenemus quaestores magistratum inibant) Athenienses eodem miserant Archestratum (Thuc. I 57). tum iam defecerat Potidaea, sed Athenienses non statim, ut e re fuisset, Calliam proficisci iusserunt, verum praetermiserunt dies fere quadraginta: tot enim diebus post defectionem Aristeus Corinthius Potidaeam intravit, quo nuntio accepto tandem Callias contra rebellantem urbem profectus est (Thuc. I 61). ante defectionem, i. e. ante mensis iulii initium, Potidaeatae per legatos diutius cum Atheniensibus egerant. quos cum tributo annuo ad Liberalium festos dies Athenas venisse ex usu, qui in imperio Attico vigebat, consequitur. omnia enim omnino a Potidaeatis gesta non possunt intellegi, nisi statuimus tributum ab eis sub Apseude solutum esse, quod quidem in mutilatis hellenotamiarum rationibus non amplius scriptum extat. velim haec singillatim percenseant qui certiores fieri cupierint, in his quidem rebus quales a Thucydide narrantur ne umbram quidem remanere difficultatis.

Tamen gravissima narrationi Thucydideae inest difficultas, non a me demum inlata, sed ex quo pugna ad Sybota commissa in mense septembre 433 conlocata est, aperte ante oculos posita, quamquam dissimulari solet potius quam excusari. Thucydides postquam narravit classem Atticam Corcyra rediisse pergit (I 56) *μετὰ ταῦτα δ' εὐθὺς καὶ τάδε ξυνέβη γενέσθαι Ἀθηναίοις καὶ Πελοποννησίοις διάφορα*, exponit res Potidaeatarum *ταῦτα δὲ πρὸς τοὺς Ποτειδαιάτας οἱ Ἀθηναῖοι προπαρεσκευάζοντο εὐθὺς μετὰ τὴν ἐν Κερκύρᾳ ναυμαχίαν*, sequiturque post pauca expeditio Archestrati. ecquisne adfirmare ausit, hinc se collecturum fuisse, a pugna Corcyraea ad Archestrati expeditionem praeterisse decem menses? immo quicumque et sibi verum confiteri et quod sentit palam profiteri non veretur, is aegre quidem feret sed non dissimulabit rem ita se habere, ut aut Thucydides gravissimae neglegentiae damnandus sit, aut id quod legitur quale legitur ab eo profectum non sit. iam accelerabit credo dienoslemmatoslogos et integerrimum caput rutro displanabit. alii tamquam iugo Thucydideae auctoritatis liberati clamabunt *ἐλευθέρα Κέρκυρα* — finge quod libet. mihi persuasum est Thucydidem et voluisse et potuisse verum dicere, sanam autem narrationem cogere donec id dicat quod nobis placet, artis non sanae esse. sed nondum quidquam adfirmo; convertamus oculos ad decimum belli annum.

Pacem Niciae incipere ab elaphebolionis die 27 archonte Alcaeo in

ipso instrumento pacis legitur, quem diem fuisse anni 421 aprilis fere 12 per Boeckhii curam exploratum est. sponsio ipsa eum diem, qui paci incipiendae per sponsionem praefinitur primus, necessario aliquot diebus antecessit; itaque iure legitur apud Thucydidem (V 20) facta esse statim post Liberalia, i. e. medio elaphebolione. deinde Spartani convocatis sociis pacem frustra commendant accipiendam; Clearidas nuntio pacis accepto Amphipoli Spartam properat ut irritam eam faciat; re infecta Amphipolin revertitur; sociis dimissis Spartani cum Atheniensium legatis de foedere agunt; foedus feritur legatis Atheniensium sacramento adactis. haec omnia quantumvis spatia temporum coartemus, unum certe mensem sibi postulant. nec potest foedus ante thargelionem Alcaei conclusum esse. convenit quod Thrasycles, unus e legatis, Peloponnesiis quibusdam, quorum hospitio in itinere usus erat, proxeniam ab Atheniensibus archonte demum Aristione, i. e. non ante iulium 421, impetravit [1]).

Apud Thucydidem post foederis instrumentum legitur (V 24) *καὶ τὸ θέρος ἦρχε τοῦ ἑνδεκάτου ἔτους*. immanis error et Thucydide indignus. mense maio exeunte non incipit, sed matura est aestas. *ταῦτα δὲ τὰ δέκα ἔτη ὁ πρῶτος πόλεμος ξυνεχῶς γενόμενος γέγραπται.* sunt haec non nimis perspicua, sed nisi per vim agimus, non possumus aliter ea intelligere, quam ut bellum continuum gestum esse dicatur. quod ineptum est. nam non solum pax iam ante mensem conclusa est, sed etiam indutiae fuerunt ab elaphebolionis 14 Isarchi ad 7 metagitnionis Amyniae [2]), i. e. ab aprili 423 ad augustum 422, neque quidquam inde a pugna Amphipolitana usque ad pacem hostile gestum est, ita ut in continuo hoc bello duo anni praeter tres menses bello caruerint. ne hoc quidem Thucydide dignum puto. nec tamen aut mutare ea aut delere licet, quippe quae artissimo vinculo cohaereant cum capite vigesimo. ibi post pacis instrumentum secuntur haec *αὗται αἱ σπονδαὶ ἐγένοντο τελευτῶντος τοῦ χειμῶνος ἅμα ἦρι ἐκ Διονυσίων εὐθὺς τῶν ἀστικῶν, αὐτόδεκα ἐτῶν διελθόντων καὶ ἡμερῶν ὀλίγων παρενεγκουσῶν ἢ ὡς τὸ πρῶτον*

---

1) CIA I 45. quorsum pertineat decretum, recte animadvertit Koehlerus *Mitteil.* I 171, sed in temporibus definiendis lapsus est: Niciae pax neque a. Chr. 420 neque sub Aristione conclusa est. ergo Hippothontis prytania, qua praesidente Thrasycles rogationem tulit, e primis Aristionis fuit, aestatis vergentis 421.

2) Unus quod sciam Muellerus Struebing de Thuc. V 1 sincere iudicavit; quod caput debebant viri docti inter corruptissima habere, ex quo constat Pythia metagitnione acta esse, sicut antea Boeckhio Pythia ad ver revocanti (CIG I p. 814) idem caput pro fundamento fuerat. biant vero verba tradita non uno loco; expectaveris non qualia Muellerus dedit, sed haec fere *τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους αἱ μὲν ἐνιαύσιαι σπονδαὶ διελέλυντο* (Elaph. 17), *<ἀνὰ δέκα δ' ὅμως ἡμέρας σπενδόμενοι οὐκ ἐπῇσαν ἀλλήλοις> μέχρι Πυθίων· καὶ ἐν τῇ ἐκεχειρίᾳ Ἀθηναῖοι Δηλίους ἀνέστησαν* etc. porro cap. 2 *Κλέων δὲ Ἀθηναίους πείσας <μὴ ἀνανεῶσαι τὰς σπονδὰς τρίτος αὐτὸς στρατηγὸς> ἐς τὰ ἐπὶ Θρᾴκης χωρία ἐξέπλευσε μετὰ τὴν ἐκεχειρίαν* (medio fere Metagitnione). etiam ultima capitis primi verba lacerata sunt; fuerint fere haec *καὶ οἱ Δήλιοι, οἳ μὲν* (*οἱ μὲν Δ* libri) *Ἀτραμύττιον Φαρνάκου δόντος αὐτοῖς ἐν τῇ Ἀσίᾳ ᾤκησαν, <οἳ δ'> οὕτως ὡς ἕκαστος ὥρμη<ν>το.* omnino concedendum est, postquam V 47 cum lapide comparare licuit, persaepe omittendo Thucydidis librarios peccasse, atque constat hoc vulneris genus gravius esse interpolatione.

ἡ ἐσβολὴ ἡ ἐς τὴν Ἀττικὴν καὶ ἡ ἀρχὴ τοῦ πολέμου τοῦδε ἐγένετο. quibus indicari decem annos paucosque praeterea dies a prima irruptione praeterisse numquam debebat negari; quid enim rarum atque ut videtur singulare *παρενεγκεῖν* significet[1]), alter locus V 26 docet, *εὑρήσει τις τοσαῦτα ἔτη* (viginti septem) *λογιζόμενος κατὰ τοὺς χρόνους καὶ ἡμέρας οὐ πολλὰς παρενεγκούσας*. ab occupatis Plataeis (6—8 mart. 431) ad expugnatas Athenas (circa 14 april. 404) sunt anni 27, dies non plus triginta octo[2]). in hoc igitur loco nihil est ambigui. at sive ab eo tempore anni 431 proficiscimur quo Archidamus agros Atticos vastare coepit (maio exeunte) sive quo Oenoam aggressus est (maio ineunte), Thucydidem in diebus numerandis ratio fugit, deficiunt enim 20—40 dies. at Thucydides principium belli non computavit ab expeditione Archidami, sed ab occupatis Plataeis, ita ut hoc libri quinti caput cum libris omnibus qui praecedunt[3]) nulla arte conciliari possit. quod qui animadverterunt tollere vario modo conati sunt; sunt qui Thucydidem aliter de initio sensisse comminiscuntur cum bellum decenne describeret, aliter bello Peloponnesiaco confecto. quam sententiam cum alia multa refutant, tum quae de annorum viginti septem computo modo proposui de capite V 26. Aemilius Muellerus resecta primae incursionis mentione capiti 20 solitum computum inferri posse credidit. at *αὐτόδεκα ἐτῶν διελθόντων καὶ ἡμερῶν ὀλίγων παρενεγκουσῶν, ἢ ὡς τὸ πρῶτον ἡ ἀρχὴ τοῦ πολέμου τοῦδε ἐγένετο* neque Thucydides neque quisquam homo scripsit. quis enim non sentit, diserte fuisse indicandum terminum, a quo belli principium deduceretur? quis non videt, structuram enuntiati satis importunam eo effectam esse quod duo substantiva *ἐσβολὴ* et *ἀρχὴ* cum uno praedicato erant copulanda? quod nisi fuisset plane necessarium, is qui haec scripsit simpliciter dicere poterat *ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦδε τοῦ πολέμου*. et ut grammatica Muellerianam coniecturam admitteret: efficiturne ita, ut Thucydides non videatur neglegenter egisse? postquam scimus Plataeas ineunte martio occupatas esse, ne hoc quidem efficitur; *αὐτόδεκα ἔτη* enim non amplius computantur. quae cum ita sint, relinquendus scriptori suus error, nec difficile intellectu, cur erraverit. statim post Liberalia 421 sponsio facta est: non multo post Liberalia 431 (exeunte aprili) Melesippus praeco Archidami cum excederet Atheniensium finibus exclamavit *ἥδε ἡ ἡμέρα τοῖς Ἕλλησι μεγάλων κακῶν ἄρξει* (Thuc. II 12), intratque statim Archidamus fines Atticos. profecto haud inepte ex hoc die

1) Conferri potest item singulare *παρὰ πολὺ ἐποίει* II 7. utrumque de trutina videtur translatum.

2) Boeckhius cum dicit Thucydidem non dies paucos sed mensem dicturum fuisse, si dierum numerus mensem excederet, fallitur. Thucydides enim permultis locis dies tantum, quadraginta puta octoginta septuaginta duos numerat, neglectis mensibus. similiter Athenienses aut talenta computant aut drachmas, minis neglectis.

3) Numerat enim annos belli ita, ut in hiemis et veris confinio principium conlocet, quod martii principio, non maio convenit. est vero etiam locus qui paucis paginis a V 20 distat, quo ad computum II, 2 propositum remittamur. Chrysis enim Iunonis Argivae flaminica, qua flamonium tenente bellum exarsit, cum honore excidit, belli octo anni et dimidium praeterierant (IV 133): fugit aestate exeunte 423, neque dimidium illum annum consequimur, nisi principio belli ad martii primos dies revocato.

bellum Peloponnesiacum coepisse dicitur. neque vituperandus qui Liberalium utrorumque memor αὐτόδεκα ἔτη numeravit. sin vero ad memoriam hominis aequalis refugere non vis, fac legerit decretum, quo populus Atheniensis bellum incipiendum esse constituit. hoc decretum paullo ante Melesippi adventum factum esse Thucydides item II 12 prodit: factum ergo ἐκ Διονυσίων εὐθὺς τῶν ἀστικῶν. videtur mihi res manifesta esse: is qui V 20 scripsit, anni quidem Attici dies sanequam congruentes inter se comparavit, Pythodori annum intercalarem, Alcaei communem fuisse neglexit. ergo Thucydides V 20 non magis scripsit quam V 24 § 2. atqui neque hoc neque illud ex hac quam nos accepimus historiarum compage evelli potest. itaque etiam Thucydideae artis caementa aliquo glutine compacta sunt.

Redeamus nunc ad I 56. plena et perspicua de Corcyraeis narratio est, plena et perspicua de Potidaeatis; sed coniunguntur tamquam continuo gesta inter quae hiems 433/2 interiacet. quod spatium ut vacuum fuisset, non poterat diserto illo εὐθὺς dissimulari. re vera non solum nos quid per hiemem istam acciderit novimus, sed ipse Thucydides quamvis breviter significat. nam Spartae in legitimo sociorum concilio Megarenses commercio ab Atheniensibus se excludi queruntur (I 67), atque famosum illud ψήφισμα Μεγαρικὸν belli maxime conspicuam causam fuisse non solum nos ab Aristophane Ephoro Plutarcho atthide accepimus, sed ipse Thucydides fatetur (I 139. 144). ain tu tacere de eo licuisse Thucydidi, aut satis ab eo dictum esse qui ne Anthemocriti quidem caedem commemoravit? minorisne momenti Megara Epidamno, quam nemo per bellum Peloponnesiacum curavit[1])? quodsi habemus quod ante Potidaeatarum res necessario erat narrandum atque spatio isti vacuo convenit, quidni concludimus, Corcyraeorum quidem et Potidaeatarum res a Thucydide narratas esse, sed ab editore demum tam arte copulatas, cum Megarensium rerum descriptionem in commentariis Thucydidis non repperisset? editori maledicat qui rectius se facturum fuisse opinatur. ille enim aut obscurare debebat lacunam, si omnino animadvertit, aut significare aut proprio commento explere. horum autem neutrum quisquam ex eis fecit qui postumos libros olim ediderunt, cum nihil antiquius haberent quam ut suam operam lectores penitus celarent. quae pietas ut molestissima nobis ita minime inhonesta est. molestissimum item, quod permultas editor creavit dittographias, cum duplicem eiusdem sententiae formam coniunctim curaret edendam[2]); opprobrio tamen ei vertamus, quod adno-

1) Etiam Aeginetarum querelae comparent I 67. 139. 140. quibus quid contra pacem anni 444 acciderit hodie ignoramus. cf. Cydath. 14.

2) Huius generis sunt quae V 14 Steupius recte vituperavit, perperam eiecit, et II 20, quod supervacaneum esse vidit Cwiklinskius, male eiecit Muellerus Struebing. consimilis locus est VII 48. 49, rationibus Niciae bis terque propositis. in orationibus numquid ita iudicandum sit in vetustae eloquentiae prolixis argutiis difficile dictu; in pestis descriptione iniuria opinor haesit Cwiklinskius. sed ita solvenda mihi videtur quaestio cui vel G. Hermannus impar erat I 26; alterius enim recensionis verba sunt p. 31, 8 οἱ δ' Ἐπιδάμνιοι — 14 χρήσασθαι. hoc exemplum maxime simile est eorum, quae innumera praebet crisis Aristotelea. famosum caput III 17 utrum e codicillis Thucydidis male intellectis an e suis rationibus item pravis editor amplificaverit, nondum definio. et ut cu-

tationum marginalium cancellorumque usus nondum repertus erat? effecit editor etiam ut Thucydides secum ipse videatur pugnare. gravissimum monstrabo exemplum. constat hodie Thucydidi cum res annis 422/1 gestas narraret ignota fuisse instrumenta indutiarum (IV 117) sponsionis (V 18) foederis (V 23). ergo ipse ea non inseruit. eratne inserturus? minime quidem: constans historicae artis regula est, totidem verbis non inseri quae alieno stilo scripta sint[1]). neque Thucydides profecto, qui orationes et epistulas suae eloquentiae pignora esse voluit, et in perfectis historiarum partibus, bellis Archidameo et Siculo regulae obsecutus est, ceteroquin eam laesurus erat, sed documenta undique conquirebat quibus ad Peloponnesiacum bellum expoliendum uteretur. editor vero laudandus qui cum aedificium quod artifex mente conceperat perficere non posset, non solum caementa parum affabre laevigata sed etiam rudem hanc materiam oculis nostris subiecit, etsi verum est ita Thucydidem secum pugnare videri: sed hoc ille fortasse non perspexit; si perspexit, laude etiam maiore dignus qui veritati servire maluerit quam suavitati. quid porro de libris V et VIII censendum, in quibus aliquot documenta prostant artissime cum narratione coniuncta? me iudice nihil aliud, nisi manum editoris multo audaciorem atque largiorem fuisse in istis partibus, quarum capita nonnulla perscripserat, aliorum prima tantum lineamenta duxerat Thucydides. sed desino quamvis invitus de editore loqui, quem digito tantum monstrare tandem constitui. nisi enim refutabor, in huius hominis ingenio atque consuetudine explorandis cardo eius quaestionis vertetur quam movit qui primus in Thucydide sapere ausus est Ullrichius. in cuius laude libenter subsisterem, nisi paucis explicanda esset temporum ratio, quam Thucydides sequendam sibi proposuit.

Solis circuitus annus vocatur, itaque omnes anni eiusdem longitudinis sunt. anni numerantur belli, cuius terminos scriptor definivit. vesanum igitur est annos eius e cuiusvis populi rationibus discribere. at terminus e quo numerandi essent Thucydidi figendus erat. fixit in eo facto quod belli principium ipse pro suo arbitrio esse voluit, in occupatione Plataearum. quodsi certum diem voluisset indicare, poterat hoc facere aut per caeli signa (velut per aequinoctium vernum, si convenisset) aut per fastos populorum principum publicos. neutrum fecit, immo ne eius quidem facti, quod strictim commemorat, versus novilunium Plataeas esse occupatas, in computandis annis rationem habet. itaque anni principium non in certa die, sed in tempestate neque omnino ad unum diem revocanda neque quotannis ad

randi non sunt qui ineptias istas concoquunt, ita interpolari potuisse ea quae de mercede militum dicuntur ne Steupius quidem demonstravit. qui causae suae maxime offecit terminis interpolationis (aut potius additamenti) perperam positis. Thucydides enim primitus certe dederat haec *καὶ κατὰ τὸν χρόνον τοῦτον πλεῖσται δὴ νῆες ἅμ' αὐτοῖς ἐνεργοὶ κάλλει* (*κάλλει* quid sibi velit nescio) *ἐγένοντο, καὶ τὰ χρήματα τοῦτο μάλιστα ὑπανήλωσεν.* quae corriguntur notis hisce *παραπλήσιαι δὲ καὶ ἔτι πλείους ἀρχομένου τοῦ πολέμου* etc. et *μετὰ Ποτειδαίας* etc. notae, si summam spectas verum dicunt, si singula percenses qualia leguntur, ineptae sunt.

1) Hoc qui mihi (Herm. XII 338) non crediderunt, legant quae de arte historica eleganter Nipperdeius disseruit in opusculis a Schoellio editis.

certam diem redeunte collocavit. nam parapegmate Thucydides usus esse putandus erit, si aequales eius, e quorum narrationibus hausit, veris initium a Metone potius quam ab hirundine et miluo didicisse demonstrati erunt. itaque ver primi anni incipit fere 7 mart. (29 gamel.), noni medio aprili (14 elaph. IV 117), undecimi (si hoc licet hoc referre) versus medium aprilem (27 elaph. V 19). aestas octavi 21 mart. (1 elaph. IV 52). neque miramur semel ver tribui hiemi (II fin.), cum ea quae proxima aestate prima geruntur medio maio conveniant[1]). intra anni spatium quoniam res eo ordine quo gestae sunt narrantur (II 1) et a naturae vicibus accuratiores notae (*ἐκβολὴ ἀκμὴ σίτου, καρποῦ ξυγκομιδή, τρυγητός*, quo spectat etiam *φθινόπωρον;* tres enim Horae Atheniensium sunt) aut a caeli vicibus (*ἀρκτούρου ἐπιτολαί, τροπαὶ χειμεριναί*. aequinoctium non magis curat quam veteres Graeci plerique, fortasse omnes) repetuntur, non nimis grave est partes certas distingui. distinguitur autem semper hiems, sicut promittitur II 1. quam ex eis quae de vere explorata sunt iudicari par est. ac licet fortasse credere, sicut martius modo hiemis, modo aestatis est, ita octobrem esse ambiguum, quamquam exempla certa aestati tantum hunc mensem attribuunt[2]). potest igitur verum esse quod V 20 affirmatur pares esse aestatem et hiemem; verum utique est, si Thucydides ea verba scripsit; si editoris sunt, quod mihi praeplacet, dubitationi locus est.

Haec tam simplicia scriptor ipse docet. ac probe iam intellegimus, cur ad mirum artificium confugerit, quo bellum incipere facit *ἐν σπονδαῖς* (II 5): temporis rationes quas excogitaverat a vere bellum incipere flagitabant. quodsi circumspicimus, quid eum permoverit, tenendum est eo tempore quo consilium belli describendi cepit, fortasse annales nullos fuisse editos; certe de nullis demonstrari potest. at Herodotus Athenis eodem tempore scribebat atque solus et unus Thucydidi exemplo esse potuit et fuit. Hero-

---

1) Etiam III 116 quae *περὶ τὸ ἔαρ* acciduni hiemi attribuuntur; sed agitur de Aetna, et nuntius e longinqua terra perlatus necessario ambiguus erat. vigesimi anni hiems quae describitur VIII 29—60 totum adeo aprilem complecteretur, si credere liceret Spartanos octoginta dies Rhodi tetendisse otiosos (VIII 44); circa solstitium domo profecti donec Rhodum appellerent multos dies triverant. sed videtur potius *Π* in *Ν* esse mutandum; sequitur enim 61 *ἅμα ἦρι εὐθὺς ἀρχομένῳ* VIII 8 Vaticani lectio nullis iam cavillationibus obnoxia, quamquam altera item bona est. VII 19 autem speciosae Ungeri coniecturae obtemperandum non est. qui recte in eo haesit, quod solo hoc loco in anni principio indicando aestatis mentio omittitur. at quod *ἦρος* in *θέρους* mutat non magis tolerabile est, cum sequatur 20 *ἐν τούτῳ τοῦ ἦρος εὐθὺς ἀρχομένου*, 21 *ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τούτου τοῦ ἦρος*, hoc item singulare. aestas vero ante ver incipiens vix fuerit apud mortales ullos nisi forte eos qui pascha et quinquagesimam eadem die agant. itaque aut violenter agendum reponendumque est *τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους ἅμα ἦρι εὐθὺς ἀρχομένῳ*, aut tolerandum est violari aequabilitatem, non a Thucydide, sed ab editore, quem has formulas per libros V—VIII addidisse utique probabile est.

2) Pleraque recte exposuit Muellerus Struebing (sed quae de CIA 273, 26 dicit vana sunt), VIII 1 certe octobrem aestati addendum esse, et quae III 86 sub finem aestatis accidisse narrentur, item octobris esse, sagaciter suppleto titulo 179[b]. aestate 414 Nicias epistulam Athenas mittit, quae hieme eo pervenit, Athenienses statim Eurymedontem proficisci iubent: proficiscitur circa solstitium (VII 9. 10. 16). haec hiems ante novembrem, opinor, non incepit. mitto alia minus certa.

doto annalium usus ignotus est; reddit ἱστορίην suam non aliter ac fecerunt Hecataeus Scylax Heraclitus Anaxagoras. quid tempora inde perpessa sint, omnes et scimus et dolemus. hoc vitare studebat Thucydides, atque siquidem pariter atque ille omnibus Graecis vel potius hominibus scripsit, caelum commune omnibus caelique rationes non astrologicas sed rusticas ducere tempora sua voluit. ex eis dinumerabant testes, quorum narrationes referebat; quid quod vita privata haud iniuria has rationes sequi malebat quam archontis fastos et fallaces saepe et parum faciles notu. at dum scribit Thucydides, cum alii tum Hellanicus, cum monumenta vetera annalesque et sacros et publicos ederent, civilibus annis uti coeperunt, atque nos quidem lugebimus parum confisum esse patriis institutis Thucydidem, quae vel nobis tam nota sunt, ut multo accuratius indicaturi fuerimus per dies singulos res ab Atheniensibus gestas, si ad Atticos menses aut dies festos eas revocasset. ipse aliter sensit, perstitit in more suo (nec miramur id, cum procul a patria scripserit), atque adeo Hellanici annales parum accuratos esse in temporibus indicandis contendit: en quantum sibi placuerit. quamquam in hoc opprobrio certum aliquid spectavit, fallaci fiducia deceptus. quod peculiari disputatione indiget.

Dabam Gottingae a. d. IV Kal. Febr.

I. SCHOLAE ORDINIS THEOLOGORUM.

a. *Professorum ordinariorum.*

AUGUSTUS WIESINGER, Dr., publice *Seminarii catechetici* exercitationes die Merc. h. II—III, *exegetici*, in quo selectos Nov. Test. locos explicandos proponet, die Mart. h. VI—VIII moderabitur. Privatim *Pauli epistolas* (exc. ad Rom. Tim. Tit.) quinis dd. h. IX—X interpretabitur; *Summam theologiae practicae* quinis dd. h. XI—XII tradet.

JULIUS WAGENMANN, Dr., privatim *Historiam ecclesiasticam saeculi XIX.* quinis scholis enarrabit hora VIII; *Historiam dogmatum* quinis dd. hora VII.

ALBERTUS RITSCHL, Dr., privatim *Epistolas N. T. catholicas* interpretabitur quinquies h. XI. *Theologiae dogmaticae partem alteram* explicabit quinquies h. XII. Idem *Seminarii regii theologici* exercitationes systematicas moderabitur die Veneris h. VI.

HERMANN. FERDINAND. REUTER, Dr., publice *Historiam dogmatum Christianorum* medii aevi inde a tempore Anselmi bis die Martis et Veneris h. XI enarrabit. Privatim *Historiam ecclesiasticam* primorum sex saeculorum sexies h. VIII enarrabit. In *seminario regio exercitationes ad historiam ecclesiasticam pertinentes* moderabitur.

HERMANNUS SCHULTZ, Dr., privatim *theologiam Veteris Testamenti* explicabit quinquies hora XII; *religionis christianae cum ceteris comparatae indolem et veritatem* demonstrabit quinquies h. X. Idem *Seminarii regii homiletici exercitationes* sueto more moderabitur.

KAROLUS KNOKE, Dr., privatim *Encyclopaediam studiorum theologicorum* quaternis scholis h. III docebit, *Historiam aevi Novi Testamenti* binis scholis h. IV narrabit; publice *Exercitationes Seminarii Regii homiletici et liturgici* die Sat. h. IX—XII, *catechetici* h. II moderabitur.

b. *Professorum extraordinariorum.*

GEORG. CONR. AMADEUS LÜNEMANN, Dr., *Pauli ad Romanos epistolam* interpretabitur quinis per hebd. diebus h. IX—X.

BERNH. DUHM, Lic. theol., *librum Jesaiae* explicabit quinquies h. X; *historiam populi Israelitici* tradet dieb. Lunae, Merc., Martis h. IV; *eschatologiam Pauli apostoli* exponet die Veneris h. IV publice.

c. *Privatim docentis.*

BORNEMANN, Lic. theol., *Acta apostolorum* explicabit, ter h. IX. Idem *patrum ecclesiasticorum vitas et scripta* exponet, ter h. VIII.

II. SCHOLAE ORDINIS IURISCONSULTORUM.

a. *Professorum ordinariorum.*

RUDOLPHUS DE JHERING, Dr., *Exercitationes practicas* moderabitur dieb. Lun. Merc. Vener. h. XII—I.

OTTO MEJER, Dr., *Ius ecclesiasticum tam Evangelicorum quam Catholicorum* quinquies p. hebd. docebit h. X.

RICHARDUS WILHELMUS DOVE, Dr., *Exercitationes juris canonici et ecclesiastici exegeticas et practicas* moderabitur privatissime et gratis d. Vener. h. VI—VIII.

CAROLUS ED. ZIEBARTH, Dr., privatim selecta *juris civilis borussici* capita exponet d. Martis, Veneris h. XI; de *libris publicis fundorum eorumque jure* dissceret d. Saturni h. VII—IX; *exercitationes practicas quae ad jus criminale spectant* instituet d. Iovis h. IV—VI; publice *doctrinam hereditariam Romanorum Germanorum Borussorum Francogallorum aliorum* inter se comparabit d. Mercurii h. XI.

FERDIN. FRENSDORFF, Dr., *Ius publicum Germaniae tam imperii quam civitatum ejus* quinquies p. hebd. h. VII—VIII tradet; *Historiam juris Germanici* quinquies p. hebd. h. VIII—IX enarrabit.

RICHARD. ED. JOHN, Dr., *processum civilem* docebit quotidie h. IX; *processum criminalem* docebit quater per hebd. h. VIII. *Encyclopaediam juris* docebit ter per hebd. h. XI.

C. LUDOV. DE BAR, Dr., *Ius criminale* tradet h. XI dieb. Lun., Martis, Iovis, Veneris; *Exercitationes practicas ad processum civilem spectantes* moderabitur die Martis h. IV—VI.

FERD. REGELSBERGER, Dr., *Institutiones iuris Romani* sexies per hebd. docebit die Lun. — Ven. h. IX—X et die Merc. h. X—XI; *Historiam iuris Romani* exponet quater per hebd. die Lun. Mart. Iov. Ven. h. X—XI; *Pandectarum alteram partem* tradet quater per hebd. die Lun. Mart. Iov. Ven. h. IV—V.

RICHARDUS SCHROEDER, Dr., *Ius privatum Germaniae* sexies p. hebd. h. X; *Ius mercaturae cum iure cambiali et maritimo* quinquies per hebd. h. IX tradet; publice *de iure instrumentorum* quae vocantur „Inhaberpapiere" h. postea defin. disseret*).

b. *Professoris extraordinarii.*

CAROL. GUIL. WOLFF, Dr., *Ius privatum germanicum* cum iure feudorum sexies p. hebd. h. VIII—IX docebit.

*) Novo vocato collega cum aliae de iure Romano tum de pandectis indicabuntur lectiones.

III. SCHOLAE ORDINIS MEDICORUM.

a. *Professorum ordinariorum.*

J. HENLE, Dr., *Anatomiam generalem* diebus Lunae, Mercurii, Veneris h. XI—XII; *Anatomiae systematicae partem alteram, angiologiam et neurologiam*, quotidie h. XII—I tradet.

G. MEISSNER, Dr., *Physiologiae experimentalis partem primam* (quae ad nutritionem corporis spectant functiones) tradet h. X quotidie. *Physiologiam generationis et Embryologiam* die Veneris h. V—VII docebit et demonstrationibus illustrabit. *Exercitationes practicas* in instituto physiologico moderabitur quotidie horis commodis.

HERM. SCHWARTZ, Dr., privatim *Exercitationes obstetricio-gynaecologicas clinicas* moderari perget diebus Lun., Mart., Iov. Vener. h. III; publice *pelvis vitia* explicabit hor. defin.

LUDOV. MEYER, Dr., *scholam clinicam psychiatricam* more solito habere perget, dieb. Lun. et Iovis hh. III—V; *de psychiatria forensi* disseret hor. duab. commodis.

TH. LEBER, Dr., privatim *Exercitationes ophthalmiatricas clinicas* habebit dieb. Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. XII—I; *Exercitationes in operationibus ophthalmiatricis* dieb. Merc. h. VIII—IX, die Sat. h. VII—VIII, instituet.

GUILELM. EBSTEIN, Dr., privatim *Scholas clinicas et policlinicas medicas* moderari perget quinis diebus h. X$^{1}/_{2}$—XII atque die Saturni h. IX$^{1}/_{4}$—XI$^{3}/_{4}$; *Pathologiae et therapiae specialis* partem dimidiam tractabit quinquies per hebd. h. VII—VIII (excepto die Lunae); — cum DEICHMÜLLER, Dr., de *disquisitione lotii* die Mercurii disputabit h. III—IV.

GUILELMUS MARMÉ, Dr., privatim *Pharmacologiam nec non artem formulas medicas rite concinnandi* iunctis exercitationibus practicis formulas rite conscribendi et dispensandi ter p. h. h. V dieb. Lunae, Martis, Veneris docebit; *Toxicologiae specialis* part. I studiosis medicinae eruditioribus bis p. h. h. II dieb. Lunae et Veneris tradet; *Adulterationes nutrimentorum toxicas* semel p. h. die Lunae h. VI publice exponet; *Exercitationes pharmacognosticas et microscopicas* pharmaciae studiosis eruditioribus die Saturni h. IX—XI et XI—I offert; *Disquisitiones pharmacologicas et toxicologicas* in instituto pharmacologico quotidie moderari perget.

FRANCISCUS KÖNIG, Dr., *Exercitationes practicas in clinico chirurgico* h. IX—X; *Exercitationes in operationibus chirurgicis* hor. definiendis moderabitur. Publice *exercitationes policlinicas* habebit semel p. h.

J. ORTH, Dr., publice *de anatomia pathologica ossium et musculorum* disseret die Merc. h. II—III; privatim *Anatomiae pathologicae partem specialem* docebit dd. Lunae, Martis, Mercurii, Iovis, Veneris h. XII—I; privatissime *Exercitationes practicas corpora morbosa secandi* horis commodis; privatissime *Exercitationes histolog. patholog. practicas* dd. Mart. et Ven. h. II—IV moderabitur.

C. FLUEGGE, Dr., *Praxin chemicam physiologicam* moderabitur sexies per hebd.; *Exercitationes in colendis schizomycetibus* instituet; *Exercitationes practicas* habebit in laboratorio hygienico quotidie horis definiendis.

b. *Professorum extraordinariorum.*

E. F. G. HERBST, Dr., *Physiologiam generalem et specialem*, experimentis et demonstrationibus microscopicis illustratam sexies per hebd. h. X—XI tradet.

GUIL. KRAUSE, Dr., *Histologiam specialem* tradet diebus Martis et Jovis h. XI—XII privatim; publice *Mechanicen articulorum corporis humani* die Jovis h. II vel alia hora commoda; *Exercitationes microscopicas* consueto more continuabit.

C. F. LOHMEYER, Dr., *Chirurgiam specialem* quinquies p. hebd. hora VIII—IX leget.

THEODORUS HUSEMANN, Dr., *Pharmacologiam universam* quinquies per hebdomadem h. III—IV docebit. Publice de *fungis noxiis nec non de illis qui ad vescendum hominibus apti sunt* die Lunae h. IV—V disseret.

J. ROSENBACH, Dr., privatim *chirurgiam generalem* docebit quinquies per hebd.; *exercitationes chirurgicas diagnosticas* bis per hebdom.; *exercitationes chirurgicas policlinicas* semel per hebd. una cum KÖNIG professore.

R. DEUTSCHMANN, Dr., *Exercitationes ophthalmoscopicas* bis per hebd. diebus Mercur. et Saturn. hor. XII—I habebit. *Refractionis et accommodationis anomalias* docebit semel per hebd. die Saturni hor. VIII—IX.

O. DAMSCH, Dr., privatim: *De methodis disquisitionis clinicae physicis*, dieb. Lun., Merc., Jov. h. IV—V; *de morbis infantium* disseret diebus Martis et Veneris h. IV—V; *methodos sanandi physicas*, inprimis ratione electrotherapiae habita, cum exercitationibus practicis in aegrotis instituendis ter per hebd. horis defin. exponet; *exercitationes laryngoscopicas* habebit die Saturni h. XII—I; publice: *Colloquia policlinica* habebit sueto more.

KURD BÜRKNER, Dr., *Doctrinam de morbis aurium* adjunctis exercitationibus practicis tradet bis per hebd. dieb. Martis et Veneris hora II—III; *Exercitationes otiatricas policlinicas* erudititiorum moderabitur bis per hebd. diebus definiendis hora XII—I.

c. *Privatim docentium.*

R. WIESE, Dr., horis postea indicandis quater per hebdomadem tradet *auscultationem et percussionem adjunctis exercitationibus practicis.*

P. SCHIEFFERDECKER, Dr., *Osteologiam et Syndesmologiam* docebit dd. Martis, Jovis, Saturni h. XI—XII priv.; *Exercitationes habebit microscopicas* in quibus tradet a) *anatomiam generalem* quater per hebd. priv.; b) *anatomiam microscopicam spec.* quater per hebd. priv.

FELIX DROYSEN, Dr., *operationes obstetricias* privatim demonstrabit bis per hebd. h. VIII—IX diebus Mercur. et Saturni; *de morbis mulierum* disseret diebus Lun., Mart., Iov., Vener. h. III—IV.

GUILELMUS MÜLLER, Dr., *de herniis* disseret semel p. hebd. hora defin.

IV. SCHOLAE ORDINIS PHILOSOPHORUM.

a. *Professorum ordinariorum.*

GUILELMUS WEBER, Dr., scholas non habebit.

G. HANSSEN, Dr., *Theoriam rei financiariae, imprimis vectigalium* (Finanzwissenschaft, insbesondere die Lehre von den Steuern) quat. dd. h. IV—V tractabit.

ERNESTUS LUDOVICUS DE LEUTSCH, Dr., *Catulli* carmina selecta interpretabitur d. Mercurii et Saturni h. XII—I.

ERNESTUS BERTHEAU, Dr., *librum Geneseos* interpretabitur quinis per hebd. scholis h. X—XI; publice *capita chaldaica libri Danielis* explicabit dd. Martis et Veneris h. II—III; *Seminarii theologici exercitationes ad exegesin Vet. Test. pertinentes* moderabitur die Lunae h. VI—VIII.

HENR. FERD. WÜSTENFELD, Dr., *Selecta ex scriptoribus Arabicis capita* interpretabitur privatissime.

FRIDERICUS WIESELER, Dr., publice Seminarii regii archaelogici sodalibus *selecta artium opera* explicanda proponet, d. Saturni h. XII—I; privatim *Archaeologiam artium a Graecis et Romanis cultarum* tradet, quaternis scholis, h. XII—I; privatissime *de commentationibus a sodalibus Seminarii archaeol. scriptis* judicabit.

GUIL. MÜLLER, Dr., *Selecta Veteris Germanorum poeseos specimina* explicabit duce libro a Guil. Wackernagel edito: Kleineres altdeutsches Lesebuch quaternis scholis h. III; *Societatis theotiscae* studia moderari perget.

HERMANNUS SAUPPE, Dr., publice sodalium Regii seminarii philologorum disputationes de commentationibus eorum cum U. DE WILAMOWITZ-MOELLENDORFF collega reget, die Mercurii h. XI—XII, et *Lysiae orationem XIII* eis explicandam proponet, dd. Lunae et Iovis, h. XI—XII; *exercitationes* Regii seminarii *paedagogici* moderabitur, dd. Martis et Veneris, h. XI—XII. — Privatim *praecepta artis latine scribendi* additis exercitationibus tradet, dd. Lunae Martis Iovis Veneris h. VII—VIII matutina, *Demosthenis orationem* de corona explicabit eisdem diebus h. IX—X.

FRID. GRIEPENKERL, Dr., quater per hebd. dd. Lun., Mart., Iov. et Ven. h. V—VI *Doctrinam de re pecuaria;* publice bis per hebd. diebus Jov. et Ven. h. XI—XII *Doctrinam de animalium domesticorum varietatibus;* bis per hebd. horis definiendis *agriculturae systemata* tradet. *Excursiones ad theoriam illustrandam spectantes* instituet.

ERNESTUS SCHERING, Dr., *Functiones analyticas* tractabit quater per hebd. dd. Lunae Martis Iovis Veneris h. IV—V; *Theoriam mathematicam gravitatis electricitatis et magnetismi* tradet quater per hebd. dd. Lunae Martis Iovis Veneris h. VI—VII p. m. — In Seminario mathematico-physico *exercitationes mathematicas* die Mercurii hora commoda publice instituet. Privatissime gratis *Observationes magneticas* in Observatorio GAUSSIANO die Mercurii p. m. atque *reductiones observationum* die Saturni p. m. moderabitur.

PAULUS DE LAGARDE, Dr., privatim ter hora XI *syriace* docebit: publice bis hora III *Harizii macamas* hebraice ab se editas explicandas proponet.

JULIUS BAUMANN, Dr., privatim *metaphysica cum arte cognoscendi conjuncta* docebit diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. IV; *historiam et systema paedagogiae* tradet diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. V.

GUSTAVUS DRECHSLER, Dr., privatim docebit *Agriculturam specialem* quater per hebd. h. XII.; *Exercitationes oeconomicas* instituet diebus Vener. et Sat.; *Introductionem in agriculturam* publice tradet hor. def.

GUIL. HENNEBERG, Dr., privatim *Doctrinae de animalium domesticorum nutritione II.* partem tradet dieb. Lunae et Martis h. XI—XII; publice de *pabuli computandi ratione* disseret die Mercurii h. XI—XII.

ERNESTUS EHLERS, Dr., *Zoologiam* quotidie h. VIII—IX docebit; *Exercitationes zootomicas* d. Merc. et Iov. h. XI—I instituet; *Exercitationes zoologicas* in usum provectiorum quotidie excl. d. Sat. h. IX—I sueto more moderari perget.

A. WILMANNS, Dr., scholas non habebit.

HERMANNUS AMANDUS SCHWARZ, Dr., privatim *calculum differentialem* adiunctis exercitationibus docebit quinquies per hebd. hora VIII; de *lineis duplicis curvaturae* et de *superficiebus curvis* disseret, diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris hora XI; *theoriam functionum ellipticarum* exponet, quinquies per hebd., hora IX; in Regio seminario mathematico-physico *exercitationes mathematicas* instituet, die Mercurii hora XII; *colloquia mathematica* sueto more hora commoda privatissime gratis moderari perget.

CAROLUS KLEIN, Dr., privatim *Mineralogiam* tradet quinquies per hebd. h. XI—XII. *Petrographiam* docebit quater per hebd. h. IX—X. *Exercitationes mineralogicas* habebit publice die Sat. h. X—XII. Privatissime sed gratis *Exercitationes crystallographicas* instituet horis definiendis.

C. DILTHEY, Dr., privatim *Sophoclis vitam et artem* adumbrabit et *Oedipum regem* interpretabitur, dieb. Lunae, Martis, Iovis, Mercurii h. XII; publice in Proseminario Regio philologico *Aeschyli Prometheum* sodalibus enarrandum proponet et disputationibus praeerit dieb. Mercurii et Saturni h. XI.

CHR. AUG. VOLQUARDSEN, Dr., privatim *res populi Romani inde a Caesaris dominatu gestas* tradet diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. VIII—IX; publice *exercitationes historicas* moderabitur die Martis h. VI—VII.

HERMANNUS COMES DE SOLMS-LAUBACH, Dr., privatim *Botanices*

elementa tradet quinquies per hebdomadem h. VII—VIII; publice hora definienda *plantas in horto botanico cultas* demonstrabit; privatissime eruditioribus *exercitationes microscopicas* quotidianas offert.

HERMANNUS WAGNER, Dr., privatim *Geographiam Asiae* docebit quater per hebd. h. XI—XII; privatissime sed gratis *exercitationes geographicas* moderabitur semel p. h. die Sat.

A. DE KOENEN, Dr., *palaeontologiam* quinis horis; *de constitutione geologica Germaniae septentrionalis* semel p. hebd. publice, atque *excursiones geologicas; Exercitationes in determinandis fossilibus* quotidie, privatissime et gratis.

G. E. MÜLLER, Dr., *logicam* tradet quater per hebd. hora X—XI; *historiam philosophiae naturalis* publice docebit die Mercurii hora X—XI.

C. VOLLMÖLLER, Dr., privatim *Linguae Francogallorum grammaticae historicae* partem secundam tradet dieb. Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. XII—I; *Historiam litterarum francogallicarum et provincialium* usque ad saec. XII tractabit d. Merc. h. X—XII. Privatissime sodalibus Seminarii Romanensis *Roberti Garnier Bradamanten* proponet interpretandam d. Merc. h. XII.

LUDOVICUS WEILAND, Dr., privatim *Historiam pontificum Romanorum usque ad nostra tempora* enarrabit diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. IX—X; *Exercitationes historicas* privatissime sed gratis moderabitur die Veneris h. VI.

EDUARDUS RIECKE, Dr., *Physices experimentalis* partem primam, mechanicen, acusticen, opticen docebit diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. V—VI. *Introductionem in praxin physicam* in usum pharmaciae studiosorum tradet die Saturni h. XI—I. In seminario mathematico-physico *physices tam experimentalis quam mathematicae* partes tractabit selectas die Lunae h. II—III. In laboratorio physico una cum W. VOIGT collega *exercitationes practicas* instituet sueto more diebus Mart., Iov., Ven. h. II—IV, die Sat. h. IX—I.

F. KIELHORN, Dr., privatim *elementa Linguae Sanscritae* tradet diebus Lun., Merc., Sat. h. X—XI. Publice *selectos Rigvedae hymnos cum commentario Sâyanâchâryae* interpretabitur diebus Lun., Merc., Sat., h. XI—XII. Privatissime et gratis *inscriptiones Indicas* interpretabitur bis per hebd. horis commodis.

A. KLUCKHOHN, Dr., privatim *Historiam Borussorum* enarrabit diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. V—VI; *Historiam generalem commercii* inde ab anno 1492 usque ad nostra tempora docebit diebus Lunae, Martis, Veneris h. IV—V; publice *Exercitationes historicas* moderabitur die Iovis h. VI.

E. STEINDORFF, Dr., privatim *de re diplomatica regum et imperatorum Germaniae* per medii aevi saecula vigente disseret diebus Lunae, Martis, Mercurii et Iovis h. X; privatissime et gratis *exercitationes palaeographicas* instituet die Saturni h. IX—XI.

MAURITIUS HEYNE, Dr., *Historiam litterarum Germanicarum inde a Mart. Opitio usque ad G. E. Lessingium* tradet dieb. Martis, Iovis, Veneris hor. V—VI, privatim; publice: selecta capita *domesticarum antiquitatum Germanicarum* tractabit die Mercur. hor. XII; privatissime et gratis *exercitationes theotiscas* moderari perget semel p. hebd.

V. DE WILAMOWITZ-MOELLENDORFF, Dr., publice in seminario philologico *Horatii epistulam ad Augustum* interpretandam proponet dieb. Martis et Veneris h. XI; privatim *litterarum Graecarum historiam* enarrabit inde ab Alexandri magni morte usque ad principatum Augusti quinquies h. X.

WOLDEMARUS VOIGT, Dr., publice *Capita selecta theoriae Elasticitatis* tractabit in seminario physico-mathematico die Sat. h. X—XI; privatim *Theoriam caloris mechanicam* docebit diebus Martis, Sat., Iov. et Ven. h. VIII—IX; *Hydrodynamicen* tractabit diebus Iov. et Ven. h. X—XI; privatissime *Exercitationes practicas* in Laboratorio physico instituet una cum E. RIECKE diebus Mart., Iov., Ven. h. II—IV.

GUSTAVUS COHN, Dr., *Elementa politices socialis* (Sozialpolitik) tradet privatim diebus Martis et Veneris h. IV; *doctrinam oeconomiae politicae et administrationis rei publicae* diebus Lunae, Martis, Iovis et Veneris h. V docebit privatim; privatissime et gratis *Exercitationes seminarii politici* moderari perget semel per hebd.

V. MEYER, Dr., privatim h. IX—X sexies p. hebd. *Chemiam* tradet. Privatim h. IX—XII et II—V diebus Lun., Mart., Merc., Iov. et Vener. in laboratorio academico *Praxin chemicam* docebit.

b. *Professoris honorarii.*

AD. SOETBEER, Dr., privatissime et gratis *Exercitationes camerales* instituet horis definiendis.

c. *Professorum extraordinariorum.*

CAROLUS BOEDEKER, Dr., *Exercitationes chemicas practicas* (excl. d. Sat.) quotidie moderabitur.

EDUARDUS KRÜGER, Dr., scholas non habebit.

L. DE USLAR, Dr., *Chemiam pharmaceuticam* tradet quater per hebd. h. III—IV; *Chemiam organicam* in usum medicinae studiosorum docebit quater per hebd. h. IX—X.

ALFREDUS ENNEPER, Dr., *Theoriam functionum ellipticarum* tradet quinquies per hebdomadem; *Doctrinam Determinantium* diebus Martis et Iovis h. XII—I exponet.

B. TOLLENS, Dr., diebus Lun., Mart., Mercur. h. X—XI *Agriculturae chemiae quae ad plantarum nutritionem pertinent* docebit; et *in laboratorio chemico ad agriculturam destinato* una cum adiutore, *Exercitationes practicas* quinquies per hebd. h. VIII—XII et II—IV moderabitur.

CAROLUS GOEDEKE, Dr., *De Schilleri vita et scriptis* publice disseret hora IV—V d. Jovis.

HUBERTUS JACOBUS ESSER, Dr., privatim h. VIII—IX quinquies per hebd. doctrinam *de morbis animalium domesticorum externis*, item *Hippologiam Boologiamque* docebit. Demonstrationes in *nosocomio veterinario* hora commoda habebit.

AUGUSTUS FICK, Dr., privatim *Historiam poeseos epicae apud Graecos* tradet quaternis scholis dieb. Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. VIII—IX; publice *de vocalibus et consonis linguae Graecae* disseret dieb. Mercurii et Saturni h. VIII—IX.

D. PEIPERS, Dr., privatim *psychologiam* docebit diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris hora VIII; publice *de Kantii philosophia critica* disseret die Mercurii hora XII.

JULIUS EDUARDUS REHNISCH, Dr., privatim *Historiam philosophiae universam* adumbrabit senis lectionibus h. XII—I.

AUGUSTUS SCHMARSOW, Dr., *Universalem artium historiam inde ab initio medii aevi* tribus per hebdomadem scholis enarrabit, privatim, h. XI dieb. Martis, Iovis, Veneris. Publice *de Architectura ecclesiastica*, praecipue apud Germanos, disseret et exercitationes instituet, binis scholis, die Lunae et Jovis h. VI—VII. Eruditioribus in lingua italica versatis *interpretationes Vasarianas* offert.

ARTURUS NAPIER, Dr., privatim *de Galfredi Chauceri vita operibusque* disseret ejusque fabulas Cantuarienses interpretabitur d. Lun., Mart., Iov., Ven. h. VII—VIII; privatissime *exercitationes seminarii Anglici* moderabitur d. Lunae, Iovis h. VIII—IX.

PAULUS HAUPT, Dr., privatim *Elementa Geez linguae* docebit et Augusti Dillmanni *Chrestomathiam Aethiopicam* interpretabitur dd. Lunae et Iovis hora V; publice dd. Lunae et Iovis hora VI *Grammaticam Assyriacam* tradet et *inscriptiones cuneatas intellectu faciles* explicabit; privatissime sed gratis d. Veneris hora V *Exercitationes Assyriologicas* instituet.

CAROLUS POLSTORFF, Dr., *Chemiae pharmaceuticae partem anorganicam* quater per hebdomadem diebus Lunae, Martis, Iovis et Veneris h. V—VI docet; *Nutrimenta depravata* quomodo cognoscantur bis per hebdomadem diebus Martis et Veneris h. VIII—IX exponet.

PAULUS FALKENBERG, Dr., privatim *plantarum definiendarum artem* Mart. et Veneris dieb. h. VI—VII tradet; publice *Societatis botanicae* exercitationes moderabitur die Iovis h. VI.

OTTO GILBERT, Dr., *de antiquis Graeciae regionibus gentibus monumentis* disseret bis hora VII, semel hora XII.

FRIDERICUS BECHTEL, Dr. phil., publice *Prolegomena ad grammaticam linguarum indogermanicarum quae vocantur* binis horis tradet, privatim *Monumenta epigraphica quibus Oscorum et Umbrorum dialecti cognoscuntur*, binis horis illustrabit.

GOTTFRIEDUS BERTHOLD, Dr., *Physiologiam plantarum experimentalem* privatim tradet ter per hebdom. dieb. Mart., Iov., Vener. hora IV—V. *Exercitationes microscopicas* die Saturn. hora XI—I instituet nec non *exercitationes physiologicas* quotidie moderabitur. *Plantarum cryptogamarum definiendarum artem* publice horis duabus definiendis tradet.

* * *

GUSTAVUS SCHWEPPE, rei equestris magister, *Artem equitandi* docebit dd. Lunae, Martis, Iovis, Veneris, Saturni h. matutinis VII—XI et horis pomeridianis excepto d. Saturni IV—V.

EDUARDUS HILLE, Mus. Dir. Acad., *Harmonicen et theoriam artis musicae* horis auditoris commodis docebit. Praeterea ad Societates, quae *Singakademie* et *Orchesterspiel-Verein* vocantur, invitat.

* * *

OTTO PETERS *artem delineandi* die Saturni h. II—IV publice, *pingendi* horis commodis privatim docebit.

* * *

LUDOV. KŒUNE, Lector linguae Francogallicae, privatim *Historiam litterarum franco-gallicarum* saec. XVIII tractabit dieb. Mart. et Ven. h. VIII. Privatim *triginta annorum bellum expressum* explicabit dieb. Lun. et Merc. h. VIII. Privatim *Artem gallice scribendi* tradet exercitationesque instituet dieb. Lun. et Ven. h. IX.

d. *Privatim docentium.*

THEOD. WÜSTENFELD, Dr., scholas non indicavit.

M. FESCA, Dr., scholas non habebit.

UDO EGGERT, Dr., *Oeconomiae publicae partem theoreticam* tradet quater per hebd. h. III—IV.

AUGUSTUS SARTORIUS DE WALTERSHAUSEN, Dr., *Theoriam rei financiariae* quater per hebd. hora IV—V; *de republica* quater per hebd. hora XII—I tractabit.

HUGO ANDRESEN, Dr., privatim *monumenta linguae provincialis* interpretabitur, duce usurus Bartschii chrestomathia, diebus Martis, Mercurii et Veneris h. VIII—IX; in Seminario philologiae romanensis *veterem sermonum Sancti Bernardi translationem francogallicam* interpretandam proponet die Lunae h. VI—VIII.

CAROLUS BUCHKA, Dr., *Analysin chemicam* binis diebus h. VIII—IX docebit.

J. BROCK, Dr., scholas non indicavit.

O. HAMANN, Dr., privatim *exercitationes microscopicas* habebit diebus Lun. et Mart. hor. IV—VI; privatim *de animalibus protozois* die Iovis h. IV—V; publice *de historia stratorum germinativorum* disseret die Veneris h. V—VI.

EDUARDUS SCHRÖDER, Dr., privatim: *Linguae germanicae veteris grammaticam* regionum habita ratione docebit ter per hebd. diebus Martis, Iovis et Veneris horis postea definiendis; gratis: *Exercitationes theotiscas* offert.

HUGO MEYER, Dr., *Geographiam mathematicam* binis diebus privatim tractabit.

RUDOLFUS LEUCKART, Dr., privatim *chemiae benzolideorum partem II* tradet binis diebus; privatissime *repetitorium chemicum* ternis horis instituet.

P. JANNASCH, Dr., *metallorum rariorum naturam chemicam* ter per hebd. h. IX—X docebit.

JOANNES DE KAP-HERR, Dr., gratis *exercitationes historicas* moderabitur binis horis.

OTTO HOELDER, Dr., *Aequationes differentialium ab una variabili pendentium* dd. Lunae, Martis et Veneris h. XII—I privatim tractabit; gratis *serierum infinitarum theoriam* semel per hebd. hora commoda docebit.

ARTHURIUS SCHOENFLIES, Dr., privatim *introductionem in theoriam generalem curvarum algebraicarum* dd. Lun., Mart., Iov. h. X offert. Gratis *superficies curvas secundi ordinis analytice* tractabit die Merc. h. X.

E. KERN, Dr., *de pabulorum singularibus viribus praeditorum et stercorum facticiorum natura et compositione* disseret h. def.

TH. PFEIFFER, Dr., *analysin volumetricam* hora commoda gratis docebit; *adjectis exercitationibus*, quas h. VIII—XII die Saturni privatim instituet.

ARTHURUS MEYER, Dr., *Chemiae plantarum capita selecta* tradet semel per hebd. h. XII—I.

V. ARTIUM EXERCITATIONES.

Musicam, *artem delineandi*, *linguas et litteras cultissimorum Europae populorum* etiam alii homines eruditi et periti tradent, scholarum illi suarum rationes et tempora loco consueto indicaturi. *Saltandi* et *armorum tractandorum* artes magistri stipendiis regiis auctorati docebunt.

SCHOLAE EX ORDINE HORARUM DISCRIPTAE.

Hora.	O. THEOLOGORUM.	O. IURIS CONSULT.	O. MEDICORUM.	O. PHILOSOPHORUM.
7-8	Hist. dogm. (5) *Wagenmann.*	Libr. fund. (1) *Ziebarth.* Ius publ. Germ. (5) *Frensdorff.*	Exerc. oper. ophth. (1) *Leber.* Pathol. et therap. (5) *Ebstein.*	Praec. lat. scrib. (4) *Sauppe.* Botan. (5) *Comes de Solms-Laubach.* Chaucer (4) *Napier.* Graec. region (2) *Gilbert.*
8-9	Hist. eccles. saec. XIX (1) *Wagenmann.* Hist. eccles. saec. I—VI (6) *Reuter.* Vitae patr. eccles. *Bornemann.*	Libr. fund. (1) *Ziebarth.* Hist. iur. Germ. (5) *Frensdorff.* Proc. crim. (4) *John.* Ius priv. Germ. (6) *Wolff.*	Exerc. gynaecolog. (4) *Schwartz.* Exercit. oper ophthalm. (1) *Leber.* Chirurg (5) *Lohmeyer.* Refract. et accomod. (1) *Deutschmann.* Oper. obstetr. (2) *Droysen.*	Zoolog. (6) *Ehlers.* Calc. different. (5) *Schwarz.* Res pop. Romani (4) *Volquardsen.* Theor. caloris (4) *Voigt.* Morb animal. domest. (5) *Esser.* Hist. poes. ep. Graec (4) *Fick.* Voc. et cons. Graec. (2) *Fick.* Psycholog. (4) *Peipers.* Semin. Angl. (2) *Napier.* Nutrim. depravat (2) *Polstorff.* Ling. provinc. (3) *Andresen.* Analys. chem. (2) *Buchka.*
9-10	Pauli ep. (5) *Wiesinger.* Sem. hom. lit. (1) *Knoke.* Paul. ad Rom. (5) *Lünemann.* Act. apost. (3) *Bornemann.*	Proc. civ. (6) *John.* Instit. iur. Rom (5) *Regelsberger.* Ius mercat. (5) *Schroeder.*	Schol. clin. et policlin. (1) *Ebstein.* Exerc. pharmacogn. (1) *Marmé.* Exerc. chirurg. *König.*	Demosth. de cor. (4) *Sauppe.* Exerc. zool. (5) *Ehlers.* Theor. funct ellipt. (5) *Schwarz.* Petrograph (4) *Klein.* Hist. pontif. (4) *Weiland.* Sem. phys.-mathem. (1) *Riecke* et *Voigt.* Exerc. palaeogr. (1) *Steindorff.* Chem. (6) *V. Meyer.* Chem. organ. (4) *de Uslar.* Metall. nat chem. (3) *Jannasch.*
10-11	Relig. Christ. (5) *Schultz.* Sem. hom. lit. (1) *Knoke.* Isaia. (5) *Duhm.*	Ius eccles. (5) *Mejer.* Instit. iur. Rom. (1) *Regelsberger.* Hist iur. Rom. (4) *Regelsberger.* Ius priv. Germ. (6) *Schroeder.*	Physiol. experim. (6) *Meissner.* Schol. clin. et policlin. (6) *Ebstein.* Exerc. pharmacogn. (1) *Marmé.* Physiolog. (6) *Herbst.*.	Genes. (5) *Bertheau.* Exerc. zool. (5) *Ehlers.* Exerc. min. (1) *Klein.* Logic (4) *E. Mueller.* Hist. phil. nat. (1) *E. Mueller.* Hist. litt. Franc. (1) *Vollmöller.* Sem. phys.-math. (1) *Riecke* et *Voigt.* Sanscrit. (3) *Kielhorn.* Diplom. (4) *Steindorff.* Exerc. palaeogr. (1) *Steindorff.* Hist. litt. Graec. (5) *de Wilamowitz.* Sem. phys. math. (1) *Voigt.* Hydrodynam. (2) *Voigt.* Prax. chem. (5) *V. Meyer.* Agric. chem. (3) *Tollens.* Theor. curv. algebr. (3) *Schönfliess.* Superf. curv. (1) *Schönfliess.*
11-12	Theol. pract. (5) *Wiesinger.* Epist. cathol. (5) *Rischl.* Hist. dogm. med. aev. (2) *Reuter.* Sem. hom. lit (1) *Knoke.*	Capp. iur. civ. Bor. (2) *Ziebarth.* Doctr. heredit. (1) *Ziebarth.* Encycl. iur. (3) *John.* Ius crim. (4) *de Bar.*	Anatom. gen (3) *Henle.* Schol clin. et policlin. (5) *Ebstein.* Exerc. pharmacogn. (1) *Marmé.* Histolog. (2) *Krause.* Osteol et Syndesmol. (1) *Schiefferdecker.*	Sem. phil. (5) *Sauppe* et *de Wilamowitz.* Sem. paedag. (2) *Sauppe.* Anim. domest. var. (2) *Griepenkerl.* Syriace (3) *de Lagarde.* Anim. dom. nutrit. (2) *Henneberg.* Pabul. rat. (1) *Henneberg.* Exerc. zootom. (2) *Ehlers.* Exerc. zool. (5) *Ehlers.* Lin. dupl. curvat. etc. (4) *Schwarz.* Mineral. (5) *Klein.* Exerc. min. (1) *Klein.* Prosem. philolog. (2) *Dilthey.* Geogr. Asiae (4) *Wagner.* Hist. litt. francog. (1) *Vollmöller.* Introd. prax. phys. (1) *Riecke.* Sem. phys-math. (1) *Riecke* et *Voigt.* Rigved. (3) *Kielhorn.* Prax. chem. (5) *V. Meyer.* Hist. art. (3) *Schmarsow.* Exerc. microsc. (1) *Berthold.*
12-1	Theol. dogm (5) *Ritschl.* Theol. V. T. (5) *Schultz.*	Exerc. pract. (3) *de Jhering.*	Anatom. syst. (6) *Henle.* Exerc. ophthalm. (4) *Leber.* Exerc. pharmacogn. (1) *Marmé.* Anatom. pathol. (5) *Orth.* Exercit. ophthalm. (2) *Deutschmann.* Exerc. laryngoscop. (1) *Damsch.* Exerc. otiatr. (2) *Bürkner.*	Catull (2) *de Leutsch.* Archaeol. (4) *Wieseler.* Sel. art. op. (1) *Wieseler.* Agric. special. (4) *Drechsler.* Exerc. zootom (2) *Ehlers.* Exercitat zoologic. (5) *Ehlers.* Sem. mathem. (1) *Schwarz.* Sophocl. Oed. R. (4) *Dilthey.* Gramm. Francogall (4) *Vollmöller.* Hist. litt. Francog. (1) *Vollmöller.* Sem. Rom. (1) *Vollmöller.* Intr. prax. phys. (1) *Riecke.* Sem. phys.-math. (1) *Riecke* et *Voigt.* Antiq. dom. Germ (1) *Heyne.* Doctr. determ. (2) *Enneper.* Kantii philos. (1) *Peipers.* Histor. philosoph. (6) *Rehnisch.* Graec. region. (1) *Gilbert.* Exerc. microsc. (1) *Berthold.* De rep. (4) *Sartorius de Waltershausen.* Aequat. different. (3) *Hölder.*

Hora.	O. THEOLOGORUM.	O. IURIS CONSULT.	O. MEDICORUM.	O. PHILOSOPHORUM.
2–3	Sem. catech. (1) *Wiesinger*. Sem. catech. (1) *Knoke*.		Toxicol. (2) *Marmé*. Anatom. pathol. oss. et musc. (1) *Orth*. Exerc. hist. path. (2) *Orth*. Mech. articul. (1) *Krause*. Aur. morb. (2) *Bürkner*.	Daniel (2) *Bertheau*. Sem. math.-phys. (1) *Riecke*, (3) *Riecke* et *Voigt*. Prax. chem. (5) *V. Meyer*.
3–4	Encycl. stud. theol. (4) *Knoke*.		Exerc. obstetr. (4) *Schwartz*. Clinic. psychiatric. (2) *Meyer*. Disquisit. lotii (1) *Ebstein* et *Deichmüller*. Exerc. hist. path. (2) *Orth*. Pharmacol. (5) *Husemann*. Morb. mul. (1) *Droysen*.	Germ. poes. spec. (4) *W. Müller*. Hariz. macam. (2) *de Lagarde*. Sem. math-phys. (3) *Riecke* et *Voigt*. Prax. chem. (5) *V. Meyer*. Prax. chem. (4) *de Uslar*. Oecon. publ. (4) *Eggert*.
4–5	Histor. aevi N. T. (4) *Knoke*. Hist. pop. Israel. (3) *Duhm*. Pauli eschatol. (1) *Duhm*.	Exerc. iur. crim. (1) *Ziebarth*. Exerc. proc. civ. (1) *de Bar*. Pandect. (4) *Regelsberger*.	Cl. psychiatr. (2) *Meyer*. Pharmacolog. (3) *Marmé*. Fung. (1) *Husemann*. Disquisit. clin. (3) *Damsch*. Morb. infant. (2) *Damsch*.	Theor. financ. (4) *Hanssen*. Funct. analyt. (4) *Schering*. Metaphys. (4) *Baumann*. Histor. commerc. (3) *Kluckhohn*. Polit. social. (2) *Cohn*. Prax. chem. (5) *V. Meyer*. Vit. Schilleri (1) *Goedeke*. Res financ. (4) *Sartorius de Waltershausen*. Physiol. plant. (4) *Berthold*. Exerc. microsc. (2) *Hamann*. Protozo. (4) *Hamann*.
5–6		Exerc. iur. crim. (1) *Ziebarth*. Exerc. proc. civ. (1) *de Bar*.	Physiol. generationis (1) *Meissner*.	Doctr. rei pecuar. (4) *Griepenkerl*. Paedagog. (4) *Baumann*. Phys. exper. (4) *Riecke*. Hist. Boruss. (4) *Kluckhohn*. Histor. litt. Germ. (3) *Heyne*. Oecon. polit. (4) *Cohn*. Geez ling. (2) *Haupt*. Exercit. Assyriol. (1) *Haupt*. Chem. pharmac. (4) *Polstorff*. Exerc. microsc. (2) *Hamann*. Hist. strat. germ. (1) *Hamann*.
6–7	Sem. exeg. (1) *Wiesinger*. Sem. system. (1) *Ritschl*.	Exerc. iur. can. (1) *Dove*.	Physiolog. generat. (1) *Meissner*. Adult. nutrim. (1) *Marmé*.	Sem. theol. (1) *Bertheau*. Theor. math. grav. etc. (4) *Schering*. Exerc. hist. (1) *Volquardsen*. Exerc. hist. (1) *Weiland*. Exerc. hist. (1) *Kluckhohn*. Architect. eccl. (1) *Schmarsow*. Grammat. Assyr. (2) *Haupt*. Plant. defin. (2) *Falkenberg*. Societ. botan. (1) *Falkenberg*. Sem. Rom. (1) *Andresen*.
7–8	Sem. exeg. (1) *Wiesinger*.	Exerc. iur. can. (1) *Dove*.		Sem. theol. (1) *Bertheau*. Exerc. hist. (1) *Volquardsen*. Sem. Roman. (1) *Andresen*.

Scholae, quarum horae non indicatae erant, in hoc conspectu commemorari non potuerunt.

DATE DUE			

